

Google


HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

QUIBUS AUCTORIBUS ARISTOTELES IN REPUBLICA ATHENIENSIUM CONSCRIBENDA ET QUA RATIONE USUS SIT

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XII M. JULII A. MDCCCXCIII

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

MARTINUS HELLER

BEROLINENSIS

ADVERSARII ERUNT:


W. NACHSTAEDT, CAND. PHIL.

J. LUCAS, DR. PHIL.

R. HELM, DR. PHIL.

BEROLINI 1893

MAYER & MUELLER.


HARVARD COLLEGE
AUG 3 1896
LIBRARY.

ADOLPHO KIRCHHOFFIO

ET

IOANNI VAHLENO

S. V. A.

Praestanti illi libello, qui nuper forte fortuna ad lucem revocatus tam multa magna necopinata nos de Atheniensium re publica docuit, doctorum cohors operam navavit indagationibus utilissimis, quibus cum alia tum auctorem libelli in disceptationem vocabant. Qua in causa quoniam viri docti in diversas partes abierunt et adhuc sub iudice lis est, quo magis auctoris indoles illustretur non alienum esse putamus pervestigare, qua ratione auctor libellum conscripserit quos fontes arcessiverit quomodo eis usus sit. Quam quaestionem iam antea a nonnullis tactam plenius tractare instituimus non ut rem ad finem perducamus vano animo spectantes sed ut pro nostra parte veritati appropinquare periclitemur.

Si librum ipsum perscrutamur scire cupientes quibus ex fontibus fluxerit, videmus morem scriptorum veterum qui auctores suos non nomine appellare solebant hic quoque esse conservatum. Uno tantum loco quo de Pisistrato agitur (c. XIV.) Herodotus laudatur ita quidem, ut rei levioris testis afferatur: quo nostro arbitratu probari videtur Herodoti libros fontem fuisse primarium si non totius operis at tamen eius partis qua de Pisistratidarum aetate agitur. Et re vera Aristotelem, quem libelli habemus auctorem, inde a. cap. XIV. Herodoti narrationem (I, 59 sqq.) pro fundamento posuisse ordo sententiarum verborumque concentus docet. Comparantes enim ea quae uterque de Pisistrati tyrannide scripsit videmus Aristotelem neglecta Herodoti de Hippocrate fabula statim de tribus civium factionibus earumque ducibus exposuisse et deinde Pisistrati imperia exsiliaque ad Herodoti exemplum ita narravisse ut quae sibi respondent enuntiata facile eximere possis. Sunt autem haec:

Ἀθ. πολ. c. XIV	Hdt. I, 59
(Πεισίστρατος) κατατραυματίσας ἑαυτὸν συνέπεισε τὸν δῆμον,	(Πεισίστρατος) τρωματίσας ἑωυτόν τε καὶ ἡμιόνους ἤλασεν ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθρούς, οἵ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν,
ὡς ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν ταῦτα πεπονθώς, φυλακὴν ἑαυτῷ δοῦναι τοῦ σώματος . . . σφόδρ' εὐδοκιμηκὼς ἐν τῷ πρὸς Μεγαρέας πολέμῳ	ἐδεῖτό τε τοῦ δήμου φυλακῆς τινος πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι, πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στσατηγίῃ ὁ δὲ δῆμος . . ἐξαπατηθεὶς ἔδωκέν οἱ . . . ἄνδρας τούτους οἳ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ . . .
λαβὼν δὲ τοὺς κορυνηφόρους καλουμένους, ἐπαναστὰς μετὰ τούτων τῷ δήμῳ κατέσχε τὴν ἀκρόπολιν. Πεισίστρατος δὲ λαβὼν τὴν ἀρχὴν	συνεπαναστάντες δὲ οὗτοι ἅμα Πεισιστράτῳ ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. ἔνθα δὴ ὁ Πεισίστρατος ἦρχεν Ἀθηναίων,
διῴκει τὰ κοινὰ πολιτικῶς μᾶλλον ἢ τυραννικῶς	οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας οὔτε θέσμια μεταλλάξας, ἐπί τε τοῖς κατεστεῶσιν ἔνεμε τὴν πόλιν κοσμέων καλῶς τε καὶ εὖ.

Ἀθ. πολ. c. XIV	Hdt. I, 60
οὔπω δὲ τῆς ἀρχῆς ἐρριζωμένης ὁμοφρονήσαντες οἱ περὶ τὸν Μεγακλέα καὶ τὸν Λυκοῦργον ἐξέβαλον αὐτόν	μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον τὠυτὸ φρονήσαντες οἵ τε τοῦ Μεγακλέος στασιῶται καὶ οἱ τοῦ Λυκούργου ἐξελαύνουσί μιν. οὕτω μὲν Πεισίστρατος ἔσχε τὸ πρῶτον Ἀθήνας, καὶ τὴν τυραννίδα οὔκω κάρτα ἐρριζωμένην ἔχων ἀπέβαλε . . .
περιελαυνόμενος ὁ Μεγακλῆς τῇ στάσει, πάλιν ἐπικηρυκευσάμενος πρὸς τὸν Πεισίστρατον ἐφ' ᾧ τε τὴν θυγατέρα αὐτοῦ λήψεται	περιελαυνόμενος δὲ τῇ στάσι ὁ Μεγακλέης ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ, εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι. ἐνδεξαμένου δὲ τὸν λόγον καὶ ὁμολογήσαντος ἐπὶ τούτοισι Πει-

κατήγαγεν αὐτὸν ἀρχαίως καὶ λίαν ἁπλῶς.	σιστράτου, μηχανέονται δὴ ἐπὶ τῇ κατόδῳ πρῆγμα εὐηθέστατον, ὡς ἐγὼ εὑρίσκω, μακρῷ. . .
ἐκ τοῦ δήμου τῶν Παιανιέων γυναῖκα, ᾗ ὄνομα Φύη, μεγάλην καὶ καλὴν ἐξευρών, τὴν θεὸν ἀπομιμησάμενος τῷ κόσμῳ κατήγαγεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ὁ μὲν Πεισίστρατος ἐφ' ἅρματος εἰσήλαυνε παραιβατούσης τῆς γυναικός,	ἐν τῷ δήμῳ τῷ Παιανιεῖ ἦν γυνὴ τῇ οὔνομα ἦν Φύη, μέγαθος ἀπὸ τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους καὶ ἄλλως εὐειδής. ταύτην τὴν γυναῖκα σκευάσαντες πανοπλίῃ, ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες . . . ἤλαυνον ἐς τὸ ἄστυ, προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες,
προδιασπείρας λόγον ὡς τῆς Ἀθηνᾶς καταγούσης Πεισίστρατον	οἳ τὰ ἐντεταλμένα ἠγόρευον ἀπικόμενοι ἐς τὸ ἄστυ, λέγοντες τοιάδε· ‚ὦ Ἀθηναῖοι, δέκεσθε ἀγαθῷ νόῳ Πεισίστρατον, τὸν αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη τιμήσασα ἀνθρώπων μάλιστα κατάγει ἐς τὴν ἑωυτῆς ἀκρόπολιν.' Οἱ μὲν δὴ ταῦτα διαφοιτέοντες ἔλεγον· αὐτίκα δὲ ἔς τε τοὺς δήμους φάτις ἀπίκετο ὡς Ἀθηναίη Πεισίστρατον κατάγει,
οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει προσκυνοῦντες ἐδέχοντο θαυμάζοντες.	καὶ οἱ ἐν τῷ ἄστεϊ πειθόμενοι τὴν γυναῖκα εἶναι αὐτὴν τὴν θεὸν προσεύχοντό τε τὴν ἄνθρωπον καὶ ἐδέκοντο Πεισίστρατον.

Quas si inter se comparamus narrationes primo obtutu concentus perspicitur, quem temere ac fortuito nasci non potuisse concedamus necesse est: nam in sententiis indiciis verbis Aristotelem Herodoti sectatorem fuisse apparet. Et ita quidem in scribendo versatus est Stagirites, ut Herodoti verbositatem et diligentiam quam maxime constringeret (*γυνὴ μέγαθος ἀπὸ τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους* Aristotili est *γυνὴ μεγάλη*) et enuntiata coordinata in unam compagem redigeret, velut sententias: *περιελαυνόμενος — ἐπικηρυκεύετο, εἰ βούλοιτο τ. θυγ. ἔχειν — ἐνδεξαμένου δὲ τὸν λόγον . . . Πεισιστράτου μηχανέονται ἐπὶ τῇ κατόδῳ πρῆγμα εὐηθέστατον* ita inter se

coniunxit, ut unius orationis vinculo astringerentur: *περιελαυνόμενος — ἐπικηρυκευσάμενος ἐφ' ᾧ τε τ. θ. λήψεται, κατήγαγεν αὐτόν*. Tum eis descriptionibus quibus Herodotus singula more epico illustrare atque exornare solet praetermissis sententiam ipsam paucis exponere satis habuit, velut ea quae ille copiosius de praeconibus a Pisistrato in urbem praemissis enarravit his tantummodo verbis significat: *προδιασπείρας λόγον ὡς* . . . Simili modo etiam iudicio Herodoti assensus est: quae ille fusius iudicavit de prudentia qua Pisistratus in re publica administranda usus sit, paucis probavit: *διῴκει τὰ κοινὰ πολιτικῶς μᾶλλον ἢ τυραννικῶς* neque minus si ‚pater historiae' summa indignatione absurdam Pisistrati machinam condemnat, breviter assentitur: *κατήγαγεν αὐτὸν ἀρχαίως καὶ λίαν ἁπλῶς*.

Accedit quod secundum Herodotum quamquam Pisistratus significatur: *σφόδρ' εὐδοκιμηκὼς ἐν τῷ πρὸς Μεγαρέας πολέμῳ* (p. 13,26 K. W.[1]) tamen quod ille singulatim addidit: *Νίσαιάν τε ἑλὼν καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα* Aristoteles praetermisit nempe quia illa verba ad superiorem Pisistrati vitam illustrandam satisfacere viderentur, et quod iam memoravimus[2]) prodigiosam de Hippocrate Pisistrati patre fabulam qua perniciosa filii potentia ostenderetur prorsus neglexit testificans se talia prodigia atque ostenta non flocci pendere.

Cum hoc libero arbitrio, quo Aristoteles Herodoto usus est, consentit quod non in uno acquievit auctore sed plures de eadem re consuluit, ut alterum ex altero suppleret atque emendaret. Ac primum quidem Herodoteae narrationi nomina et res annorum seriem statuentes interposita esse animadvertimus, quae omnia ex eodem fonte fluxisse veri simile est. Hinc igitur orta sunt quae legimus p. 14, 3. 5—6. 20—21 K. W.[1]) Qui fons hoc habet proprium, quod nomina cum aliorum tum magistratuum accurate tradidit et temporum rerumque ordinem statuit.

---

[1]) Sunt paginae editionis a. G. Kaibel et V. de Wilamowitz-Moellendorff iterum paratae.

[2]) supra p. 1

Cum haec omnia etiam in cap. antecedente occurrant, eas quoque res eandem habere originem ponamus. Ad Herodotum enim nihil nisi verba spectant, quibus de tribus in Attica factionibus agitur, et ne ea quidem omni ex parte cum illo consentiunt. Si enim verba comparamus:

Hdt. I, 59	Ἀθ. πολ. p. 13,13 sqq.
στασιαζόντων τῶν παράλων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου, καὶ τῶν μὲν προεστεῶτος Μεγακλέος τοῦ Ἀλκμέωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου Λυκούργου ..., ἤγειρε (scil. Πεισίστρατος) τρίτην στάσιν ... καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προστὰς μηχανᾶται τοιάδε ...	ἦσαν δὲ αἱ στάσεις τρεῖς· μία μὲν τῶν παραλίων, ὧν προειστήκει Μεγακλῆς ὁ Ἀλκμέωνος, οἵπερ ἐδόκουν μάλιστα διώκειν τὴν μέσην πολιτείαν. ἄλλη δὲ τῶν πεδιακῶν, οἳ τὴν ὀλιγαρχίαν ἐζήτουν. ἡγεῖτο δ' αὐτῶν Λυκοῦργος. τρίτη δ' ἡ τῶν διακρίων, ἐφ' ᾗ τεταγμένος ἦν Πεισίστρατος, δημοτικώτατος εἶναι δοκῶν.

colligitur factionum nomina afferri paulum commutata et addi quae a singulis petebantur. Itaque quamquam narrationem ad Herodoti exemplum formatam esse non negemus, tamen apparet Aristotelem hic quoque respexisse eundem auctorem, quem secutus est in reliquis ab Herodoto alienis. Et si haec examinamus intelligimus fontem illum res ad Atticam historiam pertinentes non orationis ornamentis instructas sed simpliciter enarratas et in annorum ordinem redactas praebuisse. Quae cum ita sint dubitari non posse videtur quin Aristoteles Atthidibus usus sit, quas annalium instar res Atticas simpliciter tractavisse scimus.[1]) Itaque a vero non aberrabimus, si et haec omnia et illa a quibus egressi sumus Herodoteae narrationi interposita ex Atthidibus hausta esse ponimus; id quod probatur eo loco quo Aristoteles Herodoti sententiae opponit opinionem aliorum, in quibus occurrit Atthidographus. Legimus enim haec[2]):

[1]) cf. Dion. Halic. Arch. I p. 23 (ed. Reisk.): σχῆμα δὲ ἀποδίδωμι τῇ πραγματείᾳ οὔτε ... οὔτε ταῖς χρονικαῖς παραπλήσιον, οἵας ἐξέδωκαν οἱ τὰς Ἀτθίδας πραγματευσάμενοι. μονοειδεῖς γὰρ ἐκεῖναί τε καὶ ταχὺ προσιστάμεναι τοῖς ἀκούουσιν.

[2]) Ἀθ. πολ. p. 14,26 K. W.

γυναῖκα μεγάλην καὶ καλὴν ἐξευρών, ὡς μὲν Ἡρόδοτός φησιν, ἐκ τοῦ δήμου τῶν Παιανιέων, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, ἐκ τοῦ Κολλυτοῦ στεφανόπωλιν Θρᾷτταν, ᾗ ὄνομα Φύη, τὴν θεὸν ἀπομιμησάμενος τῷ κόσμῳ κατήγαγεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ὁ μὲν Πεισίστρατος ἐφ' ἅρματος εἰσήλαυνε παραιβατούσης τῆς γυναικός κτέ. Atque idem quod illi ,ἔνιοι' contenderunt Clitodemum tradidisse testatur Athenaeus[1]), cuius verba inspiciamus: στεφανόπωλις δὲ ἦν καὶ αὐτὴν ἐξέδωκε πρὸς γάμον κοινωνίαν ὁ Πεισίστρατος Ἱππάρχῳ τῷ υἱῷ, ὡς Κλείδημος ἱστορεῖ ἐν ὀγδόῳ Νόστων· ,ἐξέδωκε δὲ καὶ Ἱππάρχῳ τῷ υἱεῖ τὴν παραιβατήσασαν αὐτῷ γυναῖκα Φύην, τὴν Σωκράτους θυγατέρα κτέ. Hinc colligas et Clitodemum mulierem illam ,στεφανόπωλιν' habuisse et Aristotelem in scribendo ad illius verba spectavisse, cum etiam elocutio παραιβατήσασαν αὐτῷ γυναῖκα apud eum compareat (παραιβατούσης τῆς γυναικός[2]).

Una obstat dubitatio: Athenaeus refert Clitodemum illa tradidisse in opere, cui Νόστοι inscribitur[3]), cum nos exspectemus Aristotelem illius Atthide usum esse. Sed vero proximum est scriptorem in Atthide sua rem prorsus eodem modo narravisse.

Quamquam igitur magna cum probabilitate, ut opinamur, Clitodemi vestigia cognoscimus, tamen noli conicere reliquas quoque notitias omnes ex illius Atthide fluxisse. Immo ut non in uno Herodoto acquievit Stagirites, sic eum praeter Clitodemi opus alias Atthides adiisse crediderimus velut Androtionis[4]), a quo multa esse petita postea videbimus; sed hic quoque est quod ad eum referamus. Harpocratio s. v. διαψήφισις memoriae tradidit: ἐντελέστατα δὲ διείλεκται περὶ τῶν

---

[1]) Athenaeus XIII p. 609 C. = Clitod.frg. 24 M.

[2]) Item iudicavit Zingerle *Zeitschr. f. oestr. Gymn.* 43,207.

[3]) Stiehle in Philol. vol. 8 p. 633 disputavit non Clitodemum sed Anticlidem operis fuisse auctorem. Sed traditionis fides confirmatur ratione, quae inter Clitodemum et Aristotelem intercedit.

[4]) Atthidis scriptorem eundum fuisse atque Isocratis discipulum adversariumque Demosthenis iam non potest dubitari; cf. quae contra infirmam Muelleri sententiam (FHG. I praef. p. LXXXIII) disputaverunt vv. dd. Stiehle in Philol. VIII, 634; Arn. Schaefer Mus. Rhen. 33,429; id. *Demosth. u. s. Z.* I, 390,3; Blass *Att. Bereds.* II. 19sq., alii.

διαψηφίσεων, ὡς γεγόνασιν ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος, Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι κτέ. Conicere licet Androtionem non his tantum suffragiis, de quibus ‚*ἐντελέστατα*‘ exposuit, sed reliquis quoque colligendis et tradendis operam navavisse. Hoc si recte statuimus, concedes Aristotelem quae profert p. 13,22: *μετὰ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐποίησαν διαψηφισμόν* ab Androtione sumere potuisse. Inde fortasse conclusit quae praemisit: *προσεκεκόσμηντο δὲ τούτοις . . . οἱ τῷ γένει μὴ καθαροὶ διὰ τὸν φόβον*, quamquam possumus quoque cogitare totum locum depromptum esse ab Androtione, quia etiam Aristotelis auctores similes ratiocinationes iniisse legimus[1]).

Restat narratio de Solone contra Pisistrati machinam declamante.[2]) Quae in plane compari forma apud Plutarchum in vita Solonis (c. XXX) exstat. Tamen alteram ex altera fluxisse veri simile non est, quia Plutarchus alia quoque Solonis dicta conservans copiosiora tradidit eaque toti rerum descriptioni inserta, Aristoteles paucis tantum summam rei protulit eamque a reliquis segregatam. Qua re probabilius statuemus utriusque narrationem spectare ad eundem fontem, ut suspicamur ad Atthidem quandam, ad cuius exemplum Plutarchus sive auctor quem secutus est in re et forma artius se adiunxit, cum Aristoteles narrationem si non veram at certe bene excogitatam existimans, quia inde Solonis ingenium pespiceretur, prorsus negligere noluerit itaque additamenti loco astricte adnotaverit.

Percensitis quae in capp. 13 et 14 insunt omnibus iam quid assecuti simus videamus. Apparuit eorum quae de Pisistrato in cap. 14 legimus auctorem fuisse primarium Herodotum, cuius narratio quamquam ad verbum translata tamen et in scribendi genere mutata et in rebus aliunde instructa exhibetur. Vides igitur intercedere eandem rationem, quam inter eundem Herodotum et Aristotelem, historiae animalium auctorem, constare iam novimus.[3]) Praeter

---

[1]) p. 2,10: *σημεῖον δ' ἐπιφέρουσιν ὅτι* . . p. 7,4: *σημεῖον δὲ φέρουσι τό τε ὄνομα.* . .

[2]) p. 14,7—14,15 K. W.

[3]) cf. Diels in Hermae vol. 22 p. 430—432.

Herodotum adiit Aristoteles Atthides, ex quibus Clitodemi et Androtionis opera comparent.

Quibus auctoribus omnibus libero arbitrio usus est: quae consilio suo serviebant, mutuatus est, omisit quae inepta aut inutilia videbantur, atque omnino uniuscuinsque rei vim et pondus examinavit. Jam ex his elucet nos non habere imperiti discipuli commentariolum, sed opus magistri eruditi.

Sed properemus ad alia, ut ea quae eruimus fortasse novis argumentis confirmemus. In cap. 15, quod sequitur, rursus facile quae cum Herodoto concinunt cognosces si haec inter se comparabis:

Ἀθ. πολ. p. 15,4.

ἡ μὲν οὖν πρώτη κάθοδος ἐγένετο τοιαύτη. μετὰ δὲ ταῦτ' ἐξέπεσε τὸ δεύτερον ἔτει μάλιστα τρίτῳ(?) μετὰ τὴν κάθοδον. οὐ γὰρ πολὺν χρόνον κατεῖχεν, ἀλλὰ

διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τῇ τοῦ Μεγακλέους θυγατρὶ συγγίνεσθαι

φοβηθεὶς ἀμφοτέρας τὰς στάσεις

ὑπεξῆλθεν.

καὶ πρῶτον μὲν συνῴκισε περὶ τὸν Θερμαῖον κόλπον χωρίον ὃ καλεῖται Ῥαίκηλος, ἐκεῖθεν δὲ παρῆλθεν εἰς τοὺς

Hdt. I, 61

ἀπολαβὼν δὲ τὴν τυραννίδα τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ὁ Πεισίστρατος κατὰ τὴν ὁμολογίην τὴν πρὸς Μεγακλέα γενομένην γαμεῖ τοῦ Μεγακλέος τὴν θυγατέρα. οἷα δὲ παίδων τέ οἱ ὑπαρχόντων νεηνιέων καὶ λεγομένων ἐναγέων εἶναι τῶν Ἀλκμεωνιδέων, οὐ βουλόμενός οἱ γενέσθαι ἐκ τῆς νεογάμου γυναικὸς τέκνα ἐμίσγετό οἱ οὐ κατὰ νόμον. τὰ μέν νυν πρῶτα ἔκρυπτε ταῦτα ἡ γυνή, μετὰ δὲ . . . φράζει τῇ ἑωυτῆς μητρί, ἡ δὲ τῷ ἀνδρί. τὸν δὲ δεινόν τι ἔσχεν ἀτιμάζεσθαι πρὸς Πεισιστράτου. ὀργῇ δὲ ὡς εἶχε καταλλάσσετο τὴν ἔχθρην τοῖς στασιώτῃσι. μαθὼν δὲ ὁ Πεισίστρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς χώρης τὸ παράπαν,

Ἀθ. πολ. p. 15,11	Hdt. I, 61
περὶ Πάγγαιον τόπους, ὅθεν χρηματισάμενος καὶ στρατιώτας μισθωσάμενος ἐλθὼν εἰς Ἐρέτριαν ἑνδεκάτῳ πάλιν ἔτει τότε πρῶτον ἀνακτήσασθαι βίᾳ τὴν ἀρχὴν ἐπεχείρει	*ἀπικόμενος δὲ ἐς Ἐρέτριαν ἐβουλεύετο ἅμα τοῖς παισίν. Ἱππίεω δὲ γνώμῃ νικήσαντος ἀνακτᾶσθαι ὀπίσω τὴν τυραννίδα, ἐνθαῦτα ἤγειρον δωτίνας ἐκ τῶν πολίων . . .*
συμπροθυμουμένων αὐτῷ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ Θηβαίων .	*πολλῶν δὲ μεγάλα παρασχόντων χρήματα, Θηβαῖοι ὑπερεβάλοντο τῇ δόσι τῶν χρημάτων . . . καὶ*
καὶ Λυγδάμιος τοῦ Ναξίου,	*Νάξιός σφιν ἀνὴρ ἀπιγμένος ἐθελοντής, τῷ οὔνομα ἦν Λύγδαμις, προθυμίην πλείστην παρείχετο, κομίσας καὶ χρήματα καὶ ἄνδρας.*
ἔτι δὲ τῶν ἱππέων τῶν ἐχόντων ἐν Ἐρετρίᾳ τὴν πολιτείαν. νικήσας δὲ τὴν ἐπὶ Παλληνίδι μάχην	de hac pugna I, 62/3 latius exponitur
καὶ λαβὼν τὴν ἀρχὴν καὶ παρελόμενος τοῦ δήμου τὰ ὅπλα κατεῖχεν ἤδη τὴν τυραννίδα βεβαίως.	*οὕτω δὴ Πεισίστρατος τὸ τρίτον σχὼν Ἀθήνας ἐρρίζωσε τὴν τυραννίδα*
καὶ γὰρ Νάξον ἑλὼν ἄρχοντα κατέστησε Λύγδαμιν.	*καὶ γὰρ ταύτην* (scil. *Νάξον*) *κατεστρέψατο πολέμῳ καὶ ἐπέτρεψε Λυγδάμι.*

Apparet in rebus sententiarumque connexu alteram narrationem ad alteram spectare. Describendi genus comparantem non fugiet Aristotelem repudiatis omnibus quae Herodotus ad ornandam descriptionem addidit rem ipsam quam brevissime reddidisse: de Pisistrato cum filiis colloquente verbum nullum, de pugna ‚*ἐπὶ Παλληνίδι*‘ commissa nudam eventus mentionem invenis Atque in hoc contrahendi studio eo noster processit, ut sententiae perspicuitatem brevitate dicendi laederet. Nam qua ratione ex verbis: *διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τῇ τοῦ Μεγακλέους θυγατρὶ συγγίνεσθαι* consectaria fiant: *φοβηθεὶς ἀμφοτέρας τὰς στάσεις ὑπεξῆλθεν* vix quisquam statim intelliget, nisi qui antea pleniorem Herodoti narrationem legerit. Animadvertis fortasse odium

quoddam ea retractandi quae in alius narratione copiosa iam satis tractata exstabant; id quod postea saepius cognoscemus.

Denique nonnulla sunt apud Herodotum, quae Aristoteles ne tetigit quidem velut consilia, quae Pisistratum ad imperium suum firmandum cepisse ille tradidit.[1]) Sed attendendum est eum tamen aliam narrationem aliunde petitam protulisse, quae et ipsa Pisistratum imperium suum tutantem ostendit.[2]) Praetera nonnulla alia praebet de quibus Herodotus tacet. Quae eum omnia ex Athidibus sumpsisse ut ex eis quae vidimus ita ex schol. ad Aristoph. Acharn. v. 234 concludere licet, ubi Androtionem de bello a Pisistrato contra Atthenienses gesto exposuisse legimus.[3]) Hic igitur fortasse Aristoteles comperit Pisistratum Athenis expulsum ad locum quendam, qui *Ῥαίκηλος* appellatur, et ad loca circum Pangaeum sita se contulisse ibique pecunias et milites sibi comparavisse,[4]) in pugna ipsa Eretriensium equites a tyranni partibus stetisse,[5]) victoria comparata Pisistratum populo arma ademisse.[6])

Illud quoque quod postea legimus: „*συνεμαχέσαντο χίλιοι* (scil. *Ἀργεῖοι*) *τὴν ἐπὶ Παλληνίδι μάχην*[7]) eundem fontem resipit; Herodotus enim Argivorum numerum non tradidit[8]).

Variis Pisistrati fortunis expositis Aristoteles de ipsius imperii statu ac conditione nonnulla sibi addenda esse censuit. Quibus de rebus eum compluria in Atthidibus tradita invenisse ex Areopagitico Isocratis probatur, quem et ipsum ex Atthide esse mutuatum Keilius evicit.[9]) Colli-

---

[1]) Hdt. I, 64.

[2]) p. 15,20—16,5 K. W.

[3]) Androt. frg. 42 M: *οἱ Παλληνεῖς δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα Πεισιστράτῳ βουλομένῳ τυραννεῖν καὶ Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν πόλεμος συνέστη . . . Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ἀνδροτίων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.*

[4]) p. 15,9—15,11 K. W.

[5]) p. 15,16 K. W.

[6]) p. 14,21—16,5 K. W.

[7]) p. 18,16 K. W.

[8]) Hdt. I, 61: *καὶ γὰρ Ἀργεῖοι μισθωτοὶ ἀπίκοντο ἐκ Πελοποννήσου.*

[9]) Keil *die solonische Verfassung in Aristoteles Vesfassungsgeschichte Athens* Berol. 1892. p. 81—92, ubi locos exscriptos invenis.

gitur inprimis ex Areop. § 25. 32. 33. 35 in Atthide traditas esse res illas ad imperium iustum et moderatum pertinentes quas Aristoteles quoque in cap. XVI proposuit. Ac primum quidem repetiit iudicium,[1]), in quo non minus Herodoto (I, 59) quam Thucydidi (VI, 54) assentitur. Deinde singulatim de regnandi ratione exposuit. Qua in re ita versatus esse videtur, ut ex singulis rebus et narratiunculis, quas in Atthidibus ei praesto fuisse vidimus[2]), cogitatione universum statum concipiens luculentam imaginem componeret. Quod ut exemplo probemus, inspiciamus haec verba:

καὶ αὐτὸς ἐξῄει πολλάκις εἰς τὴν χώραν ἐπισκοπῶν . . . τοιαύτης γάρ τινος ἐξόδου τῷ Πεισιστράτῳ γιγνομένης συμβῆναί φασι κτέ[3]). Conicias quia tradebatur Pisistrato in agros descendenti hoc et hoc evenisse, concludendo effecisse Stagiritem tyrannum saepius recognoscendi causa esse egressum.

Sed illa de qua agitur narratiuncula digna est quae ad vivum resecetur. Eandem enim apud Demonem traditam fuisse in libro, cui *περὶ παροιμιῶν* inscribitur, primus Crusius[4]) animadvertit et inde statim conclusit Aristotelem narrationem ex Atthidographorum traditione recepisse. Et rem se ita habere concedimus, quamquam ex solo concentu nihil lucrari posse videmur, quia Demonem eis qui in Atthidibus scribendis praecesserunt etiam in alieno opere omnia debere nemo contendet. Sed accuratius verba examinemus:

Ἀθ. πολ. p. 16,23	Demo. cf. Crusius, Analect. ad. paroem. p. 132 sq.
τοιαύτης γάρ τινος ἐξόδου τῷ Πεισιστράτῳ γιγνομένης συμβῆναί φασι τὰ περὶ τὸν ἐν τῷ Ὑμηττῷ γεωργοῦντα τὸ κληθὲν ὕστερον	*Πεισίστρατος, ὥς φασιν, ὁ τύραννος δεκάτην τῶν γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους.* *παριὼν δέ ποτε καὶ*

---

[1]) p. 16,8/9 K. W.

[2]) Enarratum igitur exstabat Pisistratum agricolis pecuniam dedisse, decumam imposuisse, reum factum ipsum ad Areopagum venisse petitore deficiente (quod rursus apud Plutarch. Sol. 31 occurrit), aetatem eius fuisse auream (*ὁ ἐπὶ Κρόνου βίος*) similia.

[3]) p. 16,20 K. W.

[4]) Crusius in Philol. 50 (nov. ser. IV) p. 177

χωρίον ἀτελές. ἰδὼν πρεσβύτην(?) πέτρας σκάπτοντα καὶ ἐργαζόμενον, διὰ τὸ θαυμάσαι τὸν παῖδα ἐκέλευεν ἐρέσθαι τί περιγίγνεται ἐκ τοῦ χωρίου. ὁ δ‘ ‚ὅσα κακὰ καὶ ὀδύναι,‘ ἔφη, ‚καὶ τούτων τῶν κακῶν καὶ τῶν ὀδυνῶν Πεισίστρατον δεῖ λαβεῖν τὴν δεκάτην.‘ ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος ἀπεκρίνατο ἀγνοῶν, ὁ δὲ Πεισίστρατος ἡσθεὶς διὰ τὴν παρρησίαν καὶ τὴν φιλεργίαν ἀτελῆ ἁπάντων ἐποίησεν αὐτόν.	ἰδὼν πρεσβύτην πέτρας ἐργαζόμενον καὶ τόπους λιθώδεις, ἤρετο τὸν πρεσβύτην, τίνας ἐκ τῶν τόπων κομίζοιτο τοὺς καρπούς. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· ‚ὀδύνας καὶ σφακέλους, καὶ τούτων δεκάτην Πεισίστρατος φέρει.‘ θαυμάσας δὲ ὁ Πεισίστρατος τὴν παρρησίαν αὐτοῦ τῆς δεκάτης ἀτέλειαν ἔδωκε. καί ἐκ τούτου οἱ Ἀθηναῖοι τῇ παροιμίᾳ ἐχρήσαντο (i. e. σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν).

Ex concentu suspicio communis originis movetur; nam alteram narrationem ex altera non fluxisse apparet, cum utraque sua habeat peculiaria. Demo enim elocutionem, quae est „σφάκελοι,“ mutare non debuit, cum proverbium (σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν) declarare vellet, Aristoteles qui proverbii rationem habuit nullam verbum tritius idemque inane maluit „κακά.“ Ille breviter de decuma exacta praemonet, ut intelligatur quid sibi velint verba extrema: τῆς δεκάτης ἀτέλειαν ἔδωκε, hic decumam quam exactam esse antea commemoravit in narrando omnino neglexit et universe locutus est: ἀτελῆ ἁπάντων ἐποίησεν αὐτόν, quamqam in agricolae responsione decumam retinuit: καὶ τούτων . . . Πεισίστρατον δεῖ λαβεῖν τὴν δεκάτην.

Vides igitur Aristotelem non obnoxie vestigia auctoris sui persecutum sed in narratione reddenda eadem libertate usum esse, quam iam saepius cognovimus. Sed pro sua parte servavit quoque singulas res, quas Demo praetermisit quippe qui verbis parcere vellet: Pisistrato puer comes additur, et comperimus rem accidisse in Hymetto et locum illum postea appellatum esse ‚χωρίον ἀτελές‘ Quo ex additamento intelligimus auctorem narrationis id quoque studuisse ut ex fabula significationem loci declararet; id quod fontis indolem atque naturam illustrat. Talibus enim quaestionibus operam navavisse videmus Atthidum scriptores, in primis Clitodemum,

qui locorum vocabula ex fabula aliqua declarare semel et iterum periclitatus est.[1]) Comparet igitur hic quoque Atthidis vestigium, in qua praemissae de decuma a Pisistrato exacta narrationi adnexa erat haec de qua egimus fabula. Itaque conicias tuo iure Stagiritem has res quas in cap. 16 propo. suit ex Atthidibus hausisse. Nam etiam legem, quam in cap. fine exhibet, eandem habere originem veri simile est, ut infra videbimus.[2])

Quod supra[3]) de auctoris indole proposuimus, nunc novis argumentis firmatum repetimus: Secutus est Aristoteles in enarrandis Pisistrati sortibus Herodotum; arcessivit Atthidographorum opera, quibus Herodotea suppleret atque emendaret; numquam neque illius neque horum auctoritati se dedit obnoxium, sed percensens quae tradita inveniebat libero iudicio statuit, quid et quomodo sibi agendum esset. Contrariam protulit sententiam vir doctissimus qui nuper perite rem tractavit Koehlerus.[4]) Censuit enim Aristotelem modo hunc modo illum secutum auctorem etiam res dissentientes inter se temere miscuisse. Quam sententiam concepit ex observata ratione, quam in annorum serie computanda inter Aristotelem et Herodotum intercedere sibi persuasit: conclusit ex numeris annorum, quos integre apud Aristotelem traditos esse opinatur, auctorem philosophi Pisistratum per 5, 6, 6 annos in imperio per 6 et 10 annos in exsilio versantem fecisse. Inde quamquam hauserit, tamen Aristotelem tertii imperii annos celavisse, ut Pisistratum per 19 annos regnantem faceret et ita cum Herodoto consentiret, qui Pisistratum et filios, quibus 17 annos tribuuntur, per 36 annos

---

[1]) velut *Ἀγαμεμνόνια φρέατα* (Hesych s. v. = Clit. frg. 9 M.), *Ἀμαζόνειον* (Plut. Thes. c. 26 = frg. 6), *Παλλάδιον* (Suidas s. v. = frg. 12). Idem in hoc studio etiam etymologia usus vocabula *Πνύξ* a verbo *πυκνοῦν* (Harpocrat. s. v. = frg. 18) *ἐφέται* a verbo *ἐφιέναι* (Suidas s. v. *ἐπὶ Παλλαδίῳ* = frg. 12) derivat.

[2]) cf. infra p. 40 sqq.

[3]) supra p. 7/8.

[4]) Koehler *Sitzungsber. d. kgl. preuss. Akad. d. Wissensch.* 1892 p. 399 sqq.

regnasse tradiderit.[1]) Eundem Aristotelem in Politicis[2]) discrimen ita exaequare studuisse, ut unum annum filiorum imperio adderet (18) et de summa deduceret (35). Sed nescimus an vir doctissimus specie quadam deceptus a vero aberraverit. Etiamsi ponamus paulisper Aristotelem annos imperii tertii consulto celavisse, tamen ea re eum nihil effecisse concedamus necesse est, cum etiam tum restet offensio: Pisistratum per 16 annos (6 + 10) in exsilium mittit et legentes ex computatione summae (33) et annorum imperii (19) inveniunt eum per 14 annos (33 — 19) patria caruisse. Deinde non veri simile videtur eundem scriptorem discrepantiam in altero libello celavisse, diremisse in altero. Sed quod summum est, numquam et nemini concedemus hominem sanum de eadem sex annorum serie scribere potuisse: *οὐ γὰρ πολὺν χρόνον κατεῖχεν* (scil. *τὴν ἀρχήν*)[3]) et *διὸ καὶ πολὺν χρόνον ἔμεινεν ἐν τῇ ἀρχῇ*[4]). Nos autem libellum legentes nusquam observavimus prorsus dementem fuisse scriptorem; ac ne id quidem a nobis possumus impetrare ut credamus Stagiritem in scribendo demum duos auctores inter se dissentire intellexisse ideoque discrimen quodam modo occultare studuisse.

Sed neque hoc neque illud recesse est statuatur, si ex alia ratione rem diiudicamus. Proficiscendum esse in ratiocinando opinamur non a numeris, qui saepissime in hoc quidem libello exstant depravati,[5]) sed a verbis ex quibus quid scriptor voluerit certo potest cognosci. Inde si evincitur stare non posse qui traduntur numeros, agnoscendum est librariorum mendum in eis latere. Id quod in hoc loco accidit, ut vidimus: nequaquam secundum Pisistrati imperium tam diu quam tertium permansisse Aristoteles tradidit, quia ipse e contrario illius brevitatem huius diuturnitatem perperspicue significavit. Jam si hoc tenemus, corruit Koehleri

---

[1]) Hdt. V, 65.

[2]) Arist. Polit. 1315 b. 31—34.

[3]) *Ἀθ. πολ.* p. 15,6 K. W.

[4]) p. 17,16 K. W.

[5]) cf. p. 3,25. 9,21. 24,4. 27,9. 39,25. 42,1 K. W.

sententia, quae eo commendatur quod probabiliter evenit Aristotelis auctorem profectum ab Herodoto, qui tyrannum per decem annos in exsilio versatum esse tradidit, reliquos 23 annos ad libidinem in aequas partes divisisse itaque primo imperio quinque annos, secundo et tertio imperio et secundo exsilio senos annos tribuisse; quamquam sic quoque mirum videtur bonum illum computatorem triginta sex annorum quos idem Herodotus tradidit rationem nullam habuisse, sed Aristoteli potius hoc negotium reliquisse.

Sed ut haec mittamus, opinari licet Stagiritem has de quibus agitur annorum computationes omnino non esse mutuatum sed ipsum instituisse. Ut alii saepius et nos supra defendimus, secutus est philosophus in rebus ad temporum seriem spectantibus Atthidum scriptores, quos ita res enarrasse veri simile est, ut quae singulis annis gesta sunt magistratus nomini adhaererent.[1]) Sed quaeritur num spatium annorum quod inter res eiusdem generis intercedit computaverint itaque omnia in utilem connexum redegerint: Dionysii quidem Halicarnassensis asperum iudicium[2]) repugnare videtur. Itaque non ineptum est statuere ab ipso Aristotele ortas esse illas computationes, in quibus etiam libertatem quandam philosopho non indignam perspicis: cum Stagirites Pisistratum per triginta tres annos, filios per septendecim annos regnantes fecerit, annum Philonei (Ol. 63,1 = 528/7) quo pater mortuus est et patri et filiis adnumeravit; in summa autem medium annum nimirum semel tantummodo ponens undequinquaginta annos computavit, non ut expectamus quinquaginta. Et si in Politicis duodeviginti annos filiis tribuit, annum Harpactidis (Ol. 67,2 = 511/0) plenum addidit.

Similis ratio intercedit inter exsilii et imperii annos: habes in Atheniensium Republica undeviginti annos imperii, decem et quatuor (33—19) exsilii; in Politicis contra septendecim exstant imperii anni, sedecim exsilii: addidit igitur philosophus duas annorum partes de quibus dubitari

---

[1]) cf. Usener *Jahrb. f. Philol.* a. 1871 (vol. CIII) p. 311 sqq.

[2]) cf. supra p. 5 adn. 1.

poterat in illo libello imperio, exsilio in hoc. Atque etiam perspici posse videtur, cur ita variaverit: In Atheniensium Republia conscribenda Herodoti libros in manibus habuit, ubi Pisistratum et filios per 36 annos regnasse traditur; consensit igitur cum hoc, si illos annos medios imperio Pisistrati adnumerabat (19 + 17 = 36). Contra in politicorum loco nulla Herodoti ratione habita id egit, ut tyrannidem fragilem esse demonstraret, itaque pronior fuit ad annos dubios exsilio Pisistrati adnumerandos.

Quae si probas nihil[1]) reliquum esse videtur quod mireris. Nam in eo non haerebimus, quod tertii imperii annos qui a quovis facile computari possunt philosophus non addiderit: locus enim quo addere potuit (cap. XVII inc.) iam satis numerorum copia oneratus erat atque omnino non in discipulorum usum scripsit, quibus omnia diligitis computaret.

Contra ea quae disputavimus si pergis contendere Aristotelem computationes iam in Atthidibus invenisse, tamen pro certo habemus philosophum quae tradita accepit ipsum diligenter examinasse, ut cum alibi apparet tum ipse testificatur verbis extremis, quae de Pisistrato legimus: refutat enim narrationes quibus Pisistratum in bello contra Megarenses gesto imperium tenuisse et a Solone esse amatum fabulabantur hoc usus argumento: *οὐ γὰρ ἐνδέχεται ταῖς ἡλικίαις, ἐάν τις ἀναλογίζηται τὸν ἑκατέρου βίον καὶ ἐφ' οὗ ἀπέθανεν ἄρχοντος*[2]).

Vides adeo non omnia philosophum temere credidisse, ut accurate tempora respiciens fidem eorum quae tradebantur exploraverit[3]).

Sed haec hactenus. Jam percenseamus quae habet Aristoteles de Pisistrati filiis. Expositionem praebuit praeter

---

[1]) In depravatis numeris sanandis facimus cum edd. K. W.

[2]) p. 18,6 K. W.

[3]) Narrationem ipsam fuisse traditam in Atthidibus nobis persuasum est: inde rursus ad Plutarchum (Sol. c. 1 et 8) delata est et valuit usque ad Pompei Trogi aetatem, cuius epitomator Justinus (II, 8,1) Pisistratum fecit ‚ducem Atheniensium.'

Herodotum gravis auctor Thucydides, atque utrumque philosophum respexisse manifestum est. Tamen in eis quae primo loco protulit[1]), alium fontem secutus est, ubi accuratius de Pisistrati rebus domesticis tradebatur. Videtur enim id studuisse, ut ita compleret et corrigeret quae apud illos legerat: commemorat Jophontem, de quo illi nihil, et statuit Hegesistratum, quem Herodotus nothum Pisistrati filium fuisse tradidit[2]), et Thessalum, quem Thucydides inter legitimos filios rettulisse videtur[3]), eundem fuisse ipsumque et Jophontem natos esse ex Argiva illa muliere, cuius nomen et gentem accuratius significat.

Quas notitias unde hauserit, pro certo enucleari non potest; sed cum ea quae de Argivis Pisistrato subvenientibus coniunctim leguntur[4]) ad Androtionem spectare nobis visa sint[5]), suspicari licet cetera quoque ex Atthidibus fluxisse; ex pluribus enim inter se comparatis fontibus haec sumpta esse docent verba[6]): ***γῆμαι δέ φασι τὴν Ἀργείαν οἱ μὲν ἐκπεσόντα τὸ πρῶτον, οἱ δὲ κατέχοντα τὴν ἀρχήν.***

Quibus accuratius tractatis de Hippia et Hipparcho, filiis legitimis, exponere pergit (c. XVIII). Atque in primis verbis: ***πρεσβύτερος δὲ ὢν ὁ Ἱππίας . . . ἐπεστάτει τῆς ἀρχῆς*** Thucydidi assensus est, qui totiens idem defensitare non destitit[7]) et multis probare studuit argumentis[8]). Ipsius

---

[1]) p. 18,10—19 K. W.

[2]) Hdt V, 94: ***κατέστησε τύραννον εἶναι παῖδα τὸν ἑωυτοῦ νόθον Ἡγησίστρατον, γεγονότα ἐξ Ἀργείης γυναικός.***

[3]) Thuc. I, 20: ***Ἵππαρχος καὶ Θεσσαλὸς ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ*** (scil. ***Ἱππίου***) ib. VI, 55: ***παῖδες γὰρ αὐτῷ μόνῳ*** (scil. ***Ἱππίᾳ***) ***φαίνονται τῶν γνησίων ἀδελφῶν γενόμενοι, ὡς . . . σημαίνει καὶ ἡ στήλη . . . ἐν ᾗ Θεσσαλοῦ μὲν οὐδ' Ἱππάρχου οὐδεὶς παῖς γέγραπται, Ἱππίου δὲ πέντε.***

[4]) p. 18,16 K. W.

[5]) cf. supra p. 10.

[6]) p. 18,18 K. W.

[7]) Thuc. I, 20: ***Ἱππίας μὲν πρεσβύτατος ὢν ἦρχε.*** ib. VI, 54: ***Ἱππίας πρεσβύτατος ὢν ἔσχε τὴν ἀρχήν*** ib. VI, 55: ***ὅτι δὲ πρεσβύτατος ὢν Ἱππίας ἦρξε κτέ.***

[8]) Thuc. VI. 55. Tamen etiam post Thucydidem contraria opinio valuit cf. Ps. Plat. Hipparch. 228 B: ***Ἱππάρχῳ ὃς τῶν Πεισιστράτου παίδων ἦν πρεσβίτατος καὶ σοφώτατος.***

fortasse Aristotelis iudicium agnosces in verbis quibus ingenium Hippiae (τῇ φύσει πολιτικὸς καὶ ἔμφρων) et Hipparchi (παιδιώδης καὶ ἐρωτικὸς καὶ φιλόμουσος) illustratur; ac ne ea quidem quae de Hipparcho addidit: καὶ τοὺς περὶ Ἀνακρέοντα καὶ Σιμωνίδην καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς οὗτος ἦν ὁ μεταπεμπόμενος unde sumpserit Stagirites quaeri oportet: iam ex Platonis disciplina rem cognitam habere potuit, ubi semel atque iterum de poetis illis verba facta esse docent Platonis dialogi[1]). In sequentibus Thessali quoque mentio fit praeter exspectationem: nam si prima huius capitis verba pensitas, Aristoteles missis reliquis non nisi de Hippia et Hipparcho expositurus fuisse tibi videbitur, quippe qui ‚διὰ τὰ ἀξιώματα καὶ διὰ τὰς ἡλικίας' digni essent quorum mores et facta accuratius enarraret. Si tamen Thessalus quoque commemoratur, tuo iure conicias verba certo quodam consilio per parenthesin addita esse. Appellatur Thessalus ‚νεώτερος πολύ' et opponitur ita Hippiae et Hipparcho, qui ‚διὰ τὰς ἡλικίας' imperium tenuerunt. Videtur igitur refelli opinio eorum, qui inter Thessalum et filios legitimos discrimen omne sustulerint. Hoc tenentes recordamur Thucydidem[2]) omnes tres filios uno ordine nominavisse et inter se pares habuisse. Concludas igitur non sine veritatis specie hanc Thucydidis opinionem Aristotolem ad irritum redigere voluisse. Itaque si recte mentem philosophi perspeximus, haec dixit: de Hippia et Hipparcho hoc et hoc iudicandum est, Thessalus autem, quem Thucydides in eodem dignitatis aetatisque gradu collocavit, multo minor erat natu neque magni aestimandus, quia audax erat et superbus[3]).

Accedit quod, si haec per parenthesin addita esse ponimus, verba sequentia ‚ἀφ' οὗ' meliore connexu ad Hipparchum

---

[1]) Simonides commemoratur: Protag. 316 D. 339 A. Rep. I, 331 D. sq. Anacreon: Charm. 157 E. Phaedr. 235 C. eiusque cum Hipparcho commercium in Academia tractatum esse colligitur ex Ps. Plat. Hipparch. 228 C.

[2]) locos Thucydidis exscripsimus p. 17 adn. 7.

[3]) Fr. Ruehl qui in Mus. Rhen. vol. 46 (a. 1891) p. 436 Aristoteli opprobrio dedit, quod de Jophontis ingenio nihil attulerit, refellitur eis quae supra exposuimus: ne Thessali quidem mentio facta esset nisi Thucydidis ratione habita.

spectant. Hunc enim Aristoteles appellaverat *ἐρωτικόν*, ideo scilicet quia infra de huius cum Harmodio amore expositurus erat: *ἐρασθεὶς γὰρ τοῦ Ἁρμοδίου κτέ.*

Itaque notam narrationem Thucydidis qui bis[1]) eandem rem tractavit Aristotelem secutum esse vidimus et hic et in reliquis. Uterque enim eandem coniurationis causam profert (Th.: *δι' ἐρωτικὴν ξυντυχίαν*; Arist: *ἐρασθεὶς τοῦ Ἁρμοδίου*); apud utrumque legimus caedis auctores in primis sorore Harmodii repudiata exacerbatos esse (Th. VI. 56: *ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ κόρην ἐπαγγείλαντες ἥκειν κανοῦν οἴσουσαν ἐν πομπῇ τινι, ἀπήλασαν. χαλεπῶς δὲ ἐνεγκόντος τοῦ Ἁρμοδίου*... Arist: *μέλλουσαν αὐτοῦ τὴν ἀδελφὴν κανηφορεῖν Παναθηναίοις ἐκώλυσεν . . ὅθεν συνέβη παροξυνθέντα . .*)

Qua re Harmodium et Aristogitonem consilium cepisse Panathenaeis appropinquantibus tyrannos ulciscendi (Th.: *περιέμενον Παναθήναια*; Arist: *ἤδη δὲ παρατηροῦντες τοῖς Παναθηναίοις Ἱππίαν*) Sed cum in eo fuissent, ut consilium exsequerentur, animadvertisse eos coniuratum quendam cum Hippia colloquentem ideoque summo metu esse affectos, ne tota machina esset patefacta (Th.: *καὶ ὡς εἶδόν τινα τῶν ξυνωμοτῶν σφίσι διαλεγόμενον οἰκείως τῷ Ἱππίᾳ, ἔδεισαν καὶ ἐνόμισαν μεμηνῦσθαι*; Arist: *ἰδόντες τινὰ τῶν κοινωνούντων τῆς πράξεως φιλανθρώπως ἐντυγχάνοντα τῷ Ἱππίᾳ καὶ νομίσαντες μηνύειν*...) De ipsa Hipparchi caede Thucydides copiosius libro VI, 57 refert; sed Aristoteles artius se ad alterum locum[2]) applicasse videtur, ubi res brevius narratur:

Ἀθ. πολ. p. 19, 9	Thucyd.
βουλόμενοί τι δρᾶσαι πρὸ τῆς συλλήψεως τὸν μὲν Ἵππαρχον διακοσμοῦντα τὴν πομπὴν παρὰ τὸ Λεωκόρειον ἀπέκτειναν.	*βουλόμενοι δὲ πρὶν ξυλληφθῆναι δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι, τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες παρὰ τὸ Λεωκόρειον καλούμενον τὴν Παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι ἀπέκτειναν.*

Quae deinde interfectoribus evenerunt, uterque refert fere eisdem verbis. De Harmodio Thucydides: *Ἁρμόδιος δὲ*

[1]) Thuc. I, 20 et VI, 54 sqq.
[2]) Thuc. I, 20.

αὐτοῦ παραχρῆμα ἀπόλλυται, Aristoteles: *Ἁρμόδιος εὐθέως ἐτελεύτησεν;* de Aristogitone Thucydides: *Ἀριστογείτων ὕστερον ληφθεὶς οὐ ῥᾳδίως διετέθη*, Aristoteles: *Ἀριστογείτων ὕστερον συλληφθεὶς καὶ πολὺν χρόνον αἰκισθείς . . .*

Hic quoque notandum est Aristotelem ea quae Thucydides multis ambagibus et digressionibus cumulata praebuit quam brevissime reddidisse; et rursus comparet odium illud nota accurate retractandi, quod supra[1]) cognovimus: ita intelligitur elocutio: *συνέβη πράττειν τὴν πρᾶξιν* i. e. illud factum quod ex Thucydidis descriptione nemo ignorat; ita etiam perspicitur cur Aristoteles totam narrationem paulo neglegentius verbis *ἀφ' οὗ* cum antecedentibus coniungere sibi indulserit: non erat verendum ne quis rem notissimam ad Hipparchum non referret.

Consentit Stagirites cum Thucydide in re narrata, dissentit in descriptione loci, quo res acta est: apud Thucydidem Hippias coniuratique versantur in exteriore Ceramico, apud Aristotelem in arce. A vero non aberrabimus, si eum hoc ex Atthidis descriptione recepisse ponimus. Sed in sorte coniuratorum depingenda[2]) non solum a Thucydide recessit, verum etiam proprie refutavit illius narrationem, in qua priori aetati morem posterioris temporis suppositum esse sibi persuasit. Ex more suo non nominavit auctorem sententiae, sed universe locutus satis habuit Thucydidis sententiam aperte significare: (*ὁ λεγόμενος λόγος ὡς*) *ὁ Ἱππίας ἀποστήσας ἀπὸ τῶν ὅπλων τοὺς πομπεύοντας ἐφώρασε τοὺς τὰ ἐγχειρίδια ἔχοντας* quae verba id ipsum breviter complectuntur quod Thucydides tradidit[3]): (*ὁ Ἱππίας*) *ἐκέλευσεν αὐτοὺς* (scil. *τοὺς πομπεύοντας*) *δείξας τι χωρίον ἀπελθεῖν ἐς αὐτὸ ἄνευ τῶν ὅπλων . . . ὁ δὲ τοῖς ἐπικούροις φράσας τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν ἐξελέγετο εὐθὺς οὓς ἐπῃτιᾶτο καὶ εἴ τις ηὑρέθη ἐγχειρίδιον ἔχων.* Nec non in eis quae Aristoteles vi quadam profert: *οὐ γὰρ ἔπεμπον τότε μεθ' ὅπλων, ἀλλ' ὕστερον τοῦτο κατεσκεύασεν ὁ δῆμος* habes refutata Thucydidis

---

1) supra p. 9/10.
2) p. 19, 15 K. W.
3) Thuc. VI, 58,

verba[1]): *περιέμενον δὲ* (scil. tyrannicidae) *Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐχ ὕποπτον ἐγίγνετο ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τοὺς πέμψοντας ἀθρόους γενέσθαι.*

Probatam habuit Stagirites sententiam aliorum, qui in summa re consentientes Aristogitonem tormentis interrogatum viros nobiles tyrannorumque amicos tamquam coniuratos accusavisse tradiderunt. Sed in re interpretanda et ipsos diversas iniisse vias adnotare non praetermisit: *κατηγόρει δὲ τῶν τοῦ τυράννου φίλων, ὡς μὲν οἱ δημοτικοί φασιν, ἐπίτηδες, ἵνα ἀσεβήσαιεν ἅμα καὶ γένοιντο ἀσθενεῖς ἀνελόντες τοὺς ἀναιτίους καὶ φίλους ἑαυτῶν, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, οὐχὶ πλαττόμενος ἀλλὰ τοὺς συνειδότας ἐμήνυεν.* Si ex eis quae eruimus concludere licet, proximum est opinari auctores ab Aristotele laudatos esse Atthidum scriptores inter se dissentientes. Qua de re accuratius infra disputabitur; hic oportet attendere quanta diligentia Stagirites in tota re exponenda usus sit. Non silentio praeteriit sed maluit argumento ex temporum ratione petito refellere, quae Thucydidis auctoritate commendata fortasse a multis vera habebantur[2]): apparet eum et rem ipsam dignam putavisse quae reiceretur et verum patefacere operae pretium duxisse. Pari veritate aliorum sententiam enarravit, cum ibi ubi inter se dissentiebant arbitratu suo diiudicare nollet, sed caute iudicium retineret et utramque sententiam referret, ita tamen ut alterius opinionis auctores accuratius ‚*δημοτικούς*' describeret, nempe eo consilio ut ostenderet latere in hac sententia studium quoddam gloriam viri popularis augendi, quippe qui ne in cruciatu quidem cogi potuerit, ut veros coniurationis participes detegeret.

Qua ex diligentia colligas scriptoris consilium: respectis ac percensitis quae tradita exstabant conscripsit libellum, qui scientiae commodis serviret versareturque in veri investigatione.

Progredientibus nobis de Hippiae imperio quale fuerit post fratris mortem occurrit similis expositio atque apud Herodotum Thucydidemque exstat. Ille enim ita locutus est[3]):

---

[1]) Thuc. VI, 56.

[2]) Hoc inesse videtur in elocutione ‚*ὁ λεγόμενος λόγος*'.

[3]) Hdt. V, 55.

μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσερα οὐδὲν ἧσσον ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ, hic consentiens ac nonnulla addens[1]: τοῖς δ' Ἀθηναίοις χαλεπωτέρα μετὰ τοῦτο ἡ τυραννὶς κατέστη, καὶ ὁ Ἱππίας διὰ φόβον ἤδη μᾶλλον ὢν τῶν τε πολιτῶν πολλοὺς ἔκτεινε καὶ πρὸς τὰ ἔξω ἅμα διεσκοπεῖτο, εἴ ποθεν ἀσφάλειάν τινα ὁρῴη μεταβολῆς γενομένης ὑπάρχουσάν οἱ. Ἱππόκλου γοῦν τοῦ Λαμψακηνοῦ τυράννου Αἰαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτοῦ . . . ἔδωκεν. Quos secutus Aristoteles[2]: μετὰ δὲ ταῦτα συνέβαινεν πολλῷ τραχυτέραν εἶναι τὴν τυραννίδα καὶ γὰρ διὰ τὸ . . . πολλοὺς ἀνῃρηκέναι . . . πᾶσιν ἦν ἄπιστος καὶ πικρός scripsit fortasse memoria tenens haec quoque Herodoti verba[3]: Ἱππίω τυραννεύοντος καὶ ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον. Sed et ipse id studuit, ut rerum imagini insereret nonnulla, ut vero proximum est, ex Atthidibus sumpta: refert multos patria expulsos esse et Hippiam rerum commutationem veritum Munichiam ut ibi haberet refugium muris munivisse. Qua in re aeque ac supra[4]) animadvertimus Aristotelem narrationem de Hippia affinitate sibi refugium praeparante, quam Thucydides praebuit[5]), neglexisse et aliam similis argumenti proferre maluisse.

In sequentibus quoque eum nonnulla ex Atthidum scriptoribus deprompta addidisse censebimus, quamquam in re summa prope ad Herodotum se applicavit. Compares enim verba ipsa:

Ἀθ. πολ. p. 20, 9.	Hdt. V, 62
ἐξέπεσεν (scil. ὁ Ἱππίας) ὑπὸ Κλεομένους τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως, χρησμῶν γινομένων ἀεὶ τοῖς Λάκωσι καταλύειν τὴν τυραννίδα διὰ τοιάνδ' αἰτίαν. οἱ φυγάδες, ὧν οἱ Ἀλκμεωνίδαι προειστήκεσαν, αὐτοὶ μὲν δι' αὐτῶν οὐκ ἠδύναντο ποιήσασθαι	Ἀλκμεωνίδαι γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι καὶ φεύγοντες Πεισιστρατίδας, ἐπείτε σφιν ἅμα τοῖσι ἄλλοισιν Ἀθηναίων φυγάσι πειρωμένοισι

[1]) Thuc. VI 59, 2.
[2]) p. 20, 3 K. W.
[3]) Hdt. V 62.
[4]) supra p. 10.
[5]) verba Thucydidis supra exscripsimus.

τὴν κάθοδον, ἀλλ' αἰεὶ προσέπταιον. ἔν τε γὰρ τοῖς ἄλλοις οἷς ἔπραττον διεσφάλλοντο καὶ τειχίσαντες . . Λειψύδριον τὸ ὑπὲρ Πάρνηθος, εἰς ὃ συνεξῆλθόν τινες τῶν ἐκ τοῦ ἄστεως, ἐξεπολιορκήθησαν ὑπὸ τῶν τυράννων, ὅθεν ὕστερον εἰς ταύτην τὴν συμφορὰν ᾖδον ἐν τοῖς σκολίοις: (sequuntur scolii verba). ἀποτυγχάνοντες οὖν ἐν ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἐμισθώσαντο τὸν ἐν Δελφοῖς νεὼν οἰκοδομεῖν, ὅθεν εὐπόρησαν χρημάτων — —

πρὸς τὴν τῶν Λακώνων βοήθειαν. ἡ δὲ Πυθία προέφερεν αἰεὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις χρηστηριαζομένοις ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας εἰς τοὔθ' ἕως προὔτρεψε τοὺς Σπαρτιάτας,

καίπερ ὄντων ξένων αὐτοῖς τῶν Πεισισρατιδῶν. συνεβάλλετο δὲ οὐκ ἐλάττω μοῖραν τῆς ὁρμῆς τοῖς Λάκωσιν ἡ πρὸς τοὺς Ἀργείους τοῖς Πεισιστρατίδαις ὑπάρχουσα φιλία.

p. 21,4

τὸ μὲν οὖν πρῶτον Ἀγχίμολον ἀπέστειλαν κατὰ θάλατταν ἔχοντα στρατιάν.

κατὰ τὸ ἰσχυρὸν οὐ προεχώρει κάτοδος, ἀλλὰ προσέπταιον μεγάλως πειρώμενοι κατιέναι τε καὶ ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας, Λειψύδριον τὸ ὑπὲρ Παιονίης τειχίσαντες, ἐνθαῦτα οἱ Ἀλκμεωνίδαι πᾶν ἐπὶ τοῖς Πεισιστρατίδῃσι μηχανεόμενοι

παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθοῦνται τὸν ἐν Δελφοῖσι . . . τοῦτον ἐξοικοδομῆσαι. οἷα δὲ χρημάτων εὖ ἥκοντες . . . τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον τά τε ἄλλα καί . . .

V, 63 οὗτοι οἱ ἄνδρες ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασιν, ὅκως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες . . . χρησόμενοι, προφέρειν σφι τὰς Ἀθήνας ἐλευθεροῦν[1]. Λακεδαιμόνιοι δέ, ὥς σφιν αἰεὶ τὠυτὸ πρόφαντον ἐγίνετο,

πέμπουσιν Ἀγχιμόλιον . . . σὺν στρατῷ ἐξελῶντα Πεισιστρατίδας ἐξ Ἀθηνέων ὅμως καὶ ξεινίους σφιν ἐόντας τὰ μάλιστα·

Hdt. V, 63

τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. πέμπουσι δὲ τούτους κατὰ θάλασσαν πλοίοισιν . . .

[1]) Eadem verba Herodotus repetiit VI, 123.

ἡττηθέντος δ' αὐτοῦ καὶ τελευτήσαντος διὰ τὸ Κινέαν βοηθῆσαι τὸν Θετταλὸν ἔχοντα χιλίους ἱππεῖς,

οἱ δὲ Πεισιστρατίδαι ἐπεκαλέοντο ἐκ Θεσσαλίης ἐπικουρίην . . . Θεσσαλοὶ δέ σφιν ἀπέπεμψαν χιλίην τε ἵππον καὶ τὸν βασιλέα τὸν σφέτερον Κινέην . . . **ampla pugnae narratio . . . Anchimolii interitus . . .**

προσοργισθέντες τῷ γενομένῳ Κλεομένην ἐξέπεμψαν τὸν βασιλέα στόλον ἔχοντα μείζω

κατὰ γῆν,

ὃς ἐπεὶ τοὺς τῶν Θετταλῶν ἱππεῖς ἐνίκησεν κωλύοντας αὐτὸν εἰς τὴν Ἀττικὴν παριέναι,

καταχλήσας τὸν Ἱππίαν εἰς τὸ καλούμενον Πελαργικὸν τεῖχος ἐπολιόρκει μετὰ τῶν Ἀθηναίων.

V, 64

μετὰ δὲ Λακεδαιμόνιοι μέζω στόλον στείλαντες ἀπέπεμψαν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, στρατηγὸν τῆς στρατιῆς ἀποδέξαντες βασιλέα Κλεομένεα . . . οὐκέτι κατὰ θάλασσαν στείλαντες ἀλλὰ κατ' ἤπειρον· τοῖς ἐσβαλοῦσιν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἡ τῶν Θεσσαλῶν ἵππος πρώτη προσέμιξε καὶ οὐ μετὰ πολλὸν ἐτράπετο . . . Κλεομένης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὸ ἄστυ ἅμα Ἀθηναίων τοῖς βουλομένοισιν εἶναι ἐλευθέροισιν ἐπολιόρκει τοὺς τυράννους ἀπεργμένους ἐν τῷ Πελαργικῷ τείχεϊ.

προσκαθημένου δ' αὐτοῦ συνέπεσεν

ὑπεξιόντας ἁλῶναι τοὺς τῶν Πεισιστρατιδῶν υἱεῖς.

ὧν ληφθέντων

ὁμολογίαν ἐπὶ τῇ τῶν παίδων σωτηρίᾳ ποιησάμενοι καὶ τὰ ἑαυτῶν ἐν

V, 65

καὶ οὐδέν τι πάντως ἂν ἐξεῖλον τοὺς Πεισιστρατίδας οἱ Λακεδαιμόνιοι . . . νῦν δὲ συντυχίη τοῖς μὲν κακὴ ἐπεγένετο, τοῖς δὲ ἡ αὐτὴ αὕτη σύμμαχος· ὑπεκτιθέμενοι γὰρ ἔξω τῆς χώρης οἱ παῖδες τῶν Πεισιστρατιδέων ἥλωσαν. τοῦτο δὲ ὡς ἐγένετο, πάντα αὐτῶν τὰ πράγματα συνετετάρακτο, παρέστησαν δὲ ἐπὶ μισθῷ τοῖς τέκνοισιν, ἐπ' οἷσιν

πένθ' ἡμέραις ἐκκομισάμενοι παρέδωκαν τὴν ἀκρόπολιν τοῖς Ἀθηναίοις.	ἐβούλοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ὥστε ἐν πέντε ἡμέρῃσιν ἐκχωρῆσαι ἐκ τῆς Ἀττικῆς.

Concentus manifesto apparet, varietas nihil praebet offensionis. Nam non admirabimur Aristotelem omnino non curavisse quomodo Alcmaeonidae Delphis templum exaedificaverint, et Anchimolii expeditionem breviter tantummodo tetigisse nonnullas res singulares ex Herodoti plena descriptione depromens: hic Anchimolii non solum mortem sed etiam sepulcrum accurate depinxit, philosophus saltem ad verba: ἡττηθέντος δ' αὐτοῦ addidit: καὶ τελευτήσαντος, nec non nomen regis Thessalorum numerumque equitum ab Herodoto mutuatus est.

Aliunde petitum carmen convivale ad pugnam Lipsydriensem pertinens et paulo post [1]) alterum carmen de Cedone agens inseruit. Quae carmina etiam tum post quo fere saecula in populi ore fuisse et inde in philosophi notitiam pervenisse [2]) nobis non probatur et negare videntur ipsius Aristotelis verba: „ὅθεν ὕστερον εἰς ταύτην τὴν συμφορὰν ᾖδ ο ν ἐν τοῖς σκολίοις . . ." Veri similius habemus haec quoque carmina Aristotelem accepisse litteris mandata sive in opere, quo eius generis carmina collecta tradebantur, sive in Atthidibus, quas non dubitamus conservavisse illa vetusta carmina ac dicta, velut illud de Pisistrati aetate: διὸ καὶ πολλάκις ἐ λ έ γ ε τ ο, ὡς ἡ Πεισιστράτου τυραννὶς ὁ ἐπὶ Κρόνου βίος εἴη, quod inde fluxisse supra vidimus [3]).

Praeterea quod de suo Aristotelem addidisse nobis persuasimus memoratu dignum est: Herodotus pro sua erga deos pietate satis habuit declarare Lacedaemonios deorum oboedientia commotos esse ad Pisistratidas expellendos: τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. Quod philosopho non satisfecit, qui hominum naturam eiusque motus non ignorans aliam causam agendi ex rei publicae ratione sumptam Lacedaemoniis supposuit: τὴν πρὸς τοὺς Ἀργείους (quibuscum ipsi erant in dissensione) τοῖς Πεισιστρατίδαις ὑπάρχουσαν φιλίαν, de qua antea exposuerat [4]).

[1]) p. 22, 23 K. W,

[2]) Ita Wilamowitzius *Philol. Unters.* I. p. 118 adn. 33 statuit: *Aristoteles nahm das Lied aus dem Volksmund.*

[3]) cf. supra p. 11 cum adn. 2.

[4]) p. 18, 15 K. W.

In his igitur Aristoteles ab Herodoto recessit; in reliquis eum aeque secutus est atque in cap. sequente (XX), quod totum fere Herodotum habet auctorem. Atque hic quoque attendas Aristotelem considerate in mutuando versatum ea praetermisisse quae „pater historiae" in digressionibus longius aberrans enarravit. Quo factum est, ut quae ille in quinti libri capitibus 66, 70, 72 exposuit continua oratione coniungeret prorsus neglectis omnibus, quae in capp. 67, 68, 69, 71 inserta sunt. Duo enim prima enuntiata ad V, 66 spectant:

Ἀθ. πολ. p. 21, 21	
Καταλυθείσης δὲ τῆς τυραννίδος ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους Ἰσαγόρας ὁ Τεισάνδρου φίλος ὢν τῶν τυράννων καὶ Κλεισθένης τοῦ γένους ὢν τῶν Ἀλκμεωνιδῶν. ἡττώμενος δὲ ταῖς ἑταιρείαις ὁ Κλεισθένης προσηγάγετο τὸν δῆμον, ἀποδιδοὺς τῷ πλήθει τὴν πολιτείαν.	δύο ἄνδρες ἐδυνάστευον, Κλεισθένης τε ἀνὴρ Ἀλκμεωνίδης . . . καὶ Ἰσαγόρης Τεισάνδρου . . . οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐστασίασαν περὶ δυνάμιος, ἑσσούμενος δὲ ὁ Κλεισθένης τὸν δῆμον προσεταιρίζεται.

Quae deinde Herodotus de Clisthenis disciplina protulit, Aristoteles hic omisit, ut infra tractaret. Consueta igitur usus libertate in rerum ordine constituendo non auctoris arbitrio paruit, sed quamquam in re narranda eum secutus est tamen in re disponenda suam iniit viam, quam habuit probabiliorem[1]. Nec non praetermissis reliquis (c. 67—69) a re proposita digredientibus statim transiit ad

Ἀθ. πολ. p. 22, 3.	V, 70:
ὁ δὲ Ἰσαγόρας ἐπιλειπόμενος τῇ δυνάμει πάλιν ἐπικαλεσάμενος τὸν Κλεομένην ὄντα ἑαυτῷ ξένον	ἐν τῷ μέρεϊ δὲ ἑσσούμενος ὁ Ἰσαγόρης ἀντιτεχνᾶται τάδε· ἐπικαλεῖται Κλεομένεα τὸν Λακεδαιμόνιον γενόμενον ἑωυτῷ ξεῖνον . . .
συνέπεισεν ἐλαύνειν τὸ ἄγος, διὰ τὸ τοὺς Ἀλκμεωνίδας δοκεῖν εἶναι τῶν ἐναγῶν.	τὰ μὲν δὴ πρῶτα πέμπων ὁ Κλεομένης ἐς τὰς Ἀθήνας κήρυκα ἐξέβαλλε Κλεισθένεα καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους πολλοὺς Ἀθηναίων, τοὺς ἐναγέας ἐπιλέγων. ταῦτα δὲ πέμπων ἔλεγεν ἐκ διδαχῆς τοῦ Ἰσαγόρεω.

[1] de qua re cf. Koehler l. l. p. 34½.

Ud illud ,Κυλώνειον ἄγος' explicaret legentibus Herodotus narrationem de Cylone inseruit (V, 71); de quo cum iam in initio libelli, quod disideratur, egerit hic suo iure tacens Aristoteles properavit ad

Ἀθ. πολ. p. 22, 7	V, 72
	Κλεομένης δὲ ὡς πέμπων ἐξέβαλλε Κλεισθένεα καὶ τοὺς ἐναγέας,
ὑπεξελθόντος δὲ τοῦ Κλεισθένους	*Κλεισθένης μὲν αὐτὸς ὑπεξέσχε.*
μετ' ὀλίγων (ἀφικόμενος ὁ Κλεομένης) ἠγηλάτει τῶν Ἀθηναίων ἑπτακοσίας οἰκίας.	*μετὰ δὲ οὐδὲν ἧσσον παρῆν ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Κλεομένης οὐ σὺν μεγάλῃ χειρί, ἀπικόμενος δὲ ἀγηλατεῖ ἑπτακόσια ἐπίστια Ἀθηναίων, τά οἱ ὑπέθετο ὁ Ἰσαγόρης.*
ταῦτα δὲ διαπραξάμενος τὴν βουλὴν ἐπειρᾶτο καταλύειν,	*ταῦτα δὲ ποιήσας δεύτερα τὴν βουλὴν καταλύειν ἐπειρᾶτο,*
Ἰσαγόραν δὲ καὶ τριακοσίους τῶν φίλων μετ' αὐτοῦ κυρίους καθιστάναι τῆς πόλεως.	*τριηκοσίοισι δὲ τοῖς Ἰσαγόρεω στασιώτῃσι τὰς ἀρχὰς ἐνεχείριζεν.*
τῆς δὲ βουλῆς ἀντιστάσης καὶ συναθροισθέντος τοῦ πλήθους	*ἀντισταθείσης δὲ τῆς βουλῆς καὶ οὐ βουλομένης πείθεσθαι,*
οἱ μὲν περὶ τὸν Κλεομένην καὶ Ἰσαγόραν κατέφυγον εἰς τὴν ἀκρόπολιν,	*ὅ τε Κλεομενης καὶ ὁ Ἰσαγόρης καὶ οἱ στασιῶται αὐτοῦ καταλαμβάνουσι τὴν ἀκρόπολιν.*
ὁ δὲ δῆμος δύο μὲν ἡμέρας προσκαθεζόμενος ἐπολιόρκει, τῇ δὲ τρίτῃ Κλεομένην μὲν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας ἀφεῖσαν ὑποσπόνδους,	*Ἀθηναίων δὲ οἱ λοιποὶ τὰ αὐτὰ φρονήσαντες ἐπολιόρκεον αὐτοὺς ἡμέρας δύο. τῇ δὲ τρίτῃ ὑπόσπονδοι ἐξέρχονται ἐκ τῆς χώρης ὅσοι ἦσαν αὐτῶν Λακεδαιμόνιοι.*
	V, 73
Κλεισθένην δὲ καὶ τοὺς ἄλλους φυγάδας μετεπέμψατο.	*Ἀθηναῖοι δὲ μετὰ ταῦτα Κλεισθένεα καὶ τὰ ἑπτακόσια ἐπίστια τὰ διωχθέντα ὑπὸ Κλεομένεος μεταπεμψάμενοι κτέ.*

Non solum Herodoti sed etiam Thucydidis iudicium secutus est Aristoteles in verbis sequentibus: *αἰτιώτατοι γὰρ σχεδὸν ἐγένοντο τῆς ἐκβολῆς τῶν τυράννων οἱ Ἀλκμεωνίδαι.* Illi enim saepe defensitaverant non Harmodii Aristogitonisque sed Alcmaeonidarum opera tyrannos esse expulsos[1]).

[1]) Hdt. V 55, VI 123; Thuc. VI 53, 3. 59, 4.

Quibus rebus expositis Aristoteles ad commutatum rei publicae statum describendum aggressus est (c. XXI). Hic quae praesto erat Herodoti adumbratio [1]) tantummodo breviter rem tetigit [2]). Sed plura Atthidum scriptores praebuisse ut coniectura assequimur ita quae nobis servata sunt fragmenta quamquam paucissima docent: Clitodemus in tertio Atthidos libro de quinquaginta naucrariis a Clisthene constitutis verba fecit [3]); Androtio in secundo Atthidos libro rettulit *ὅτι ἀντὶ τῶν κωλακρετῶν οἱ ἀποδέκται ὑπὸ Κλεισθένους ἀπεδείχθησαν* [4]). Vides illos res satis subtiles praebuisse. Sed quia haec ipsa quae ad nos pervenerunt apud Aristotelem non invenis, eum horum scriptorum nullam habuisse rationem cave conicias. Immo illarum rerum Atthidographi afferuntur auctores, quia apud Aristotelem non leguntur, reliquae quas hic quoque habet sub huius nomine conservatae sunt. Quod bene illustratur verbis quae aqud Photium s. v. *ναυκραρία* exstant. Ibi commentationes cum Aristotelis tum Clitodemi, qui nominatim appellantur, et fortasse aliorum quoque Atthidographorum confluxerunt. Legimus enim haec: *τὸ πρότερον οὕτως ἐκάλουν ‚ναυκραρία' καὶ ‚ναύκραρος'. ναυκραρία μὲν ὁποῖόν τι ἡ συμμορία καὶ ὁ δῆμος.* Atque ‚*συμμορία*' comparatur ex Clitodemi mente, quem haec duo instituta composuisse Photius paulo infra testatur [5]), ‚*δῆμος*' appellatur secundum Aristotelem [6]). Deinde

---

[1]) Hdt. V 66. 69.

[2]) Aristotelem Herodoti expositionem legisse vidimus. Tamen tacet de pagorum numero, quamquam ille Clisthenem centum instituisse pagos tradidisse videtur (V, 69: *δέκα τε δὴ φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε, δέκα δὲ καὶ τοὺς δήμους κατένεμεν ἐς τὰς φυλάς*)Itaque de horum numero posteriori aetati nihil compertum fuisse et locum illum Herodoteum iam pridem a viris doctis in suspicionem vocatum nunc etiam Aristotelis silentio condemnari probatur.

[3]) Photius s. v. *ναυκραρία*=Clitod: frg. 8 M.

[4]) Harpocr. s. v. *ἀποδέκται*=Andr. frg. 3 M.

[5]) *ὁ Κλείδημος ἐν τῇ τρίτῃ φησίν, ὅτι Κλεισθένους δέκα φυλὰς ποιήσαντος ἀντὶ τῶν τεσσάρων, συνέβη καὶ εἰς πεντήκοντα μέρη διαταγῆναι, αὐτοὺς* (M: *ταῦτα*) *δὲ ἐκάλουν ναυκραρίας . . ὥσπερ νῦν εἰς ἑκατὸν μέρη διαιρεθέντα καλοῦσι συμμορίας.*

[6]) p. 23, 19 K. W.

pergit grammaticus: ναύκραρος δὲ ὁποῖόν τι ὁ δήμαρχος, Σόλωνος οὕτως ὀνομάσαντος, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησί ..... ὕστερον δὲ ἀπὸ Κλεισθένους δῆμοι εἰσὶν καὶ δήμαρχοι ἐκλήθησαν. (=Ἀθ. πολ. p. 23, 18/9). Attendas verba: ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησί, ex quibus apparet praeter Aristotelem reliquos quoque auctores atque in his Clitodemum eadem rettulisse, idque non solum de Clisthene sed etiam de Solone. Cum enim Aristoteles de Solone ageret, primum de naucrariis verba fecit et consentientes, ut opinamur, Atthidographi: qua re Photius ex omnium testimonio admodum indiligenter rettulit: Σόλωνος οὕτως ὀ ν ο μ ά σ α ν τ ο ς.

Aliquanto fidentius Atthidum vestigia in sequentibus (c. XXII) cognoscuntur. Habes hic nudam illam rerum enumerationem temporumque observationem, quae illis operibus propria habetur. Atque hic quoque statuemus Aristotelem complures huius generis auctores adiisse et memoria eorum comparata ea deprompsisse, quae ad rei publicae statum spectabant.

Quorum e numero unus appellari potest Androtio. Quae enim ille in secundo Atthidos libro de testarum suffragiis exposuit [1]), apud Aristotelem reperimus:

Ἀθ. πολ. p. 24, 15	Androtio.
καὶ πρῶτος ὠστρακίσθη τῶν ἐκείνου συγγενῶν Ἵππαρχος Χάρμου Κολλυτεύς. p. 24, 12—15: τότε πρῶτον ἐχρήσαντο τῷ νόμῳ τῷ περὶ τοῦ ὀστρακισμοῦ, ὃς ἐτέθη διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν ἐν ταῖς δυνάμεσιν. ὁ γὰρ Πεισίστρατος δημαγωγὸς καὶ στρατηγὸς ἂν τύραννος κατέστη.	Ἵππαρχος ὁ Χάρμου συγγενὴς μὲν ἦν Πεισιστράτου . . . καὶ πρῶτος ἐξωστρακίσθη, τοῦ περὶ τὸν ὀστρακισμὸν νόμου τότε πρῶτον τεθέντος διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν περὶ Πεισίστρατον, ὅτι δημαγωγὸς ὢν καὶ στρατηγὸς ἐτυράννησεν.

Quorum verborum concentu illustratur Aristotelem ut ex Herodoto Thucydideque ita ex Atthidographis ad verbum fere res deprompsisse. Una tamen occurrit discrepantia memoratu digna. Legem illam datam esse dixit Harpocratio: διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν περὶ Πεισίστρατον, Aristoteles: διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν

[1]) Harpocratio s. v. Ἵππαρχος. Andr. Frg. 5 M.

ἐν ταῖς δυνάμεσιν, quibus grammaticus adiunxit verba: *ὅτι δημαγωγὸς ὢν καὶ στρατηγὸς ἐτυράννησεν*, philosophus: *ὁ γὰρ Πεισίστρατος δημαγωγὸς καὶ στρατηγὸς ὢν τύραννος κατέστη*, atque ille quidem inepte, hic bene ac scite. Aristoteles enim contendit Clisthenem quamquam legem universa ratione tulerit, ut in exsilium mitterentur ‚*οἱ ἐν ταῖς δυνάμεσιν*', quos rei publicae perniciosos esse Pisistrati doceret exemplum, tamen re vera id studuisse, ut tyrannorum sectatores atque in primis Hipparchum Charmi f. expelleret[1]). Ita omnia bene intelliguntur: universalis enim elocutio ‚*διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν ἐν ταῖς δυνάμεσιν*' nititur verbis sequentibus: *ὁ γὰρ Πεισίστρατος δημαγωγὸς καὶ στρατηγὸς ὢν* (i. e. *ἐν ταῖς δυνάμεσιν ὢν*) *τύραννος κατέστη*, quae verba apud lexicographum sua carent vi ac ratione. Ponamus igitur necesse est Harpocrationem sive ipsius auctorem pleniorem expositionem Aristoteli prorsus simillimam apud Androtionem repperisse et temere ita unius orationis vinculo astrinxisse, ut legimus. Quod si recte sentimus, apparet Aristotelem non solum in re narranda sed etiam in legis consilio interpretando Androtionem esse secutum[2]).

Ex Atthidibus reliquae quoque res quae hoc capite continentur fluxerunt, velut narratio de Themistocle cives ad naves aedificandas impulsante. Nam quae Herodotus de ea re tradidit[3]) multis modis diversa sunt, et Thucydides, qui obiter tantummodo rem tetigit, eum secutus est[4]). Sed tamen

---

[1]) p. 24, 16: *δι' ὃν καὶ μάλιστα τὸν νόμον ἔθηκεν ὁ Κλεισθένης, ἐξελάσαι βουλόμενος αὐτόν.*

[2]) Ceterum notandum est illas de tyrannide et testarum suffragio sententias etiam in Polit. 1305 a 7 (*ἐπὶ δὲ τῶν ἀρχαίων, ὅτε γένοιτο ὁ αὐτὸς δημαγωγὸς καὶ στρατηγός, εἰς τυραννίδα μετέβαλλον*) et 1284 a 20 (*τοὺς δοκοῦντας ὑπερέχειν δυνάμει . . . ὠστράκιζον*) eisdem verbis expressas universa vi proferri; id quod dubitationem movet de temporum ratione, qua primo Politicorum libros deinde Androtionis Atthidem tum Rempublicam Atheniensium in lucem prodiisse statuit Keilius *die Solon. Verfass. in Arist.' Verfass. gesch. Athens* Berol. 1892 p. 124/5. 193. Si tamen vir doctus Aristotelem ab Androtione verba illa mutuatum esse defendit (l. l. p. 190) sua caedit vineta.

[3]) Hdt. VII 144.

[4]) Thuc I, 14, 2.

ea quoque Aristotelem legisse et consilio praeteriisse non negemus[1]).

Eiusdem Themistoclis facinus simile, quod ad Areopagum spectat, paulo infra[2]) narratur. Et de huius quidem narrationis fonte viri docti in diversas abeunt partes. Sunt qui putent Aristotelem ex famoso Stesimbroti libello hausisse[3]); potest etiam cogitari de Critia, quippe qui praeter Cimonem et Cleonem etiam Themistocli fabellis obtrectaverit[4]).

Sed nos a nobis impetrare non posse fatemur neque quicquam est quod nos cogat, ut credamus Stagiritem ex impuris his fontibus mutuatum esse[5]). Immo et illam de classe aedificanda et hanc de Areopago narrationem persuasum habemus fluxisse ex Atthide, fortasse Clitodemi, quem etiam aliud Themistoclis ‚στρατήγημα' narravisse Plutarchus testatur[6]).

Sed iam delapsi sumus in aetatem, quam Pentecontaëtiae nomine complecti solemus. Atque hic Aristoteles taciturnus et continens fuisse magis quem rebus conveniat atque minus accomodate de praeclaris illius aetatis Atheniensibus iudicavisse multis doctis visus est. In primis quod Periclem eiusque aetatem splendidam et gloriosam non solum non summis laudibus celebravit sed silentio fere praeteriit, praeter alios novissimus quoque iudex[7]) monuit ita: *Aristoteles wird geradezu ungerecht in der Darstellung dieser Zeit. Er hat kein Wort für die äussere Machtentfaltung des Staates, für die Blüte von Handel, Kunst, Wissenschaft; das schweigt er*

---

[1]) Etiam concinunt quodam modo Aristotelis verba: *Θεμιστοκλῆς ἐναυπηγήσατο τριήρεις ἑκατόν, αἷς ἐναυμάχησαν* cum Thucydide: *Θεμιστοκλῆς ἔπεισεν . . τὰς ναῦς ποιήσασθαι, αἷσπερ καὶ ἐναυμάχησαν.*

[2]) p. 27, 27—28, 12 K. W.

[3]) Koehler *Sitzungsber. d. Kgl. preuss. Akad. d. W.* 1892 p. 339 sqq.

[4]) Plut Cim. 16; Aelian var. hist. 10, 17.

[5]) Consentit nobiscum Duemmlerus in Herm. 27 p. 260 sqq.

[6]) Themist c. 10: *Κλείδημος δὲ καὶ τοῦτο Θεμιστοκλέους ποιεῖται στρατήγημα· καταβαινόντων γὰρ εἰς Πειραιᾶ τῶν Ἀθηναίων, φησὶν ἀπολέσθαι τὸ Γοργόνειον ἀπὸ τῆς θεοῦ τοῦ ἀγάλματος· τὸν οὖν Θεμιστοκλέα προσποιούμενον ζητεῖν καὶ διερευνώμενον ἅπαντα χρημάτων ἀνευρίσκειν πλῆθος ἐν ταῖς ἀποσκευαῖς ἀποκεκρυμμένον, ὧν εἰς μέσον κομισθέντων εὐπορῆσαι τοὺς ἐμβαίνοντας εἰς τὰς ναῦς ἐφοδίων.*

[7]) Keil l. l. p. 227,

tot u. s. w. Sed consequunturne haec omnia ex libelli consilio? Voluit Aristoteles exponere, quibus formis res publica Atheniensium progressa sit; itaque de viris quoque, de quibus egit, nihil protulit nisi quae apta videbantur ad illustrandam rationem, qua cum rei publicae constitutione coniuncti fuerint. Quam materiam primus philosophus noster ex universali historia depromptam peculiari opere tractavit et quae respicienda quaeque omittenda essent statuit: posteriores eum secuti sunt et ne nunc quidem commercii artis scientiae status in libris quae ad rei publicae formam pertinent exponi solet.

His praemissis aggrediamur ad singula examinanda. Primo (cap. XXIII) legimus Areopagitas ut patriam servarent inter cives pecuniam distribuisse. Quae non ex Clitodemi libro fluxisse ut pro certo potest affirmari, quia ibi diversa exstabat narratio, qua nulla Areopagitarum ratio habebatur[1]), ita ab Androtione orta esse probatur. Illum enim, quem Areopagi defensor docuit Isocrates, eas res quae in maiorem illius magistratus laudem tendebant studiose investigasse et veri simile est et testimoniis firmatur[2]). Ponamus igitur Androtionem etiam illud Areopagitarum de re publica meritum tradidisse; in quo referendo Aristoteles eum secutus est, quia ita per se intelligitur, qui fieri potuerit ut Areopagitae post pugnam Salaminiam rursus rerum potirentur[3]); id quod Clitodemum qui diversam protulit narrationem alia ratione declaravisse putandum est et ea fortasse, quam Aristoteles refutat verbis: *οὐδενὶ δέγματι λαβοῦσα τὴν ἡγεμονίαν.*

Quam Areopagi administrationem saluberrimam fuisse docet eventus: *συνέβη γὰρ αὐτοῖς κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον τά τε εἰς τὸν πόλεμον ἀσκῆσαι καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμῆσαι καὶ τὴν*

---

[1]) Exscripsimus Clitodemi verba supra p. 31 adn. 6.

[2]) cf. Philochor. frg. 59, 17, 58 M. Hae res ad Areopagitas pertinentes nobis sub Androtionis et Philochori nomine coniunctim servatae sunt: unde concludas Androtionem primum haec accuratius collegisse, collecta Philochorum persecutum esse. Infra quoque nobis eadem ratio occurret, de qua cf. Mueller F. H. G. I praef LXXXIV; Schaefer *Demosth. u. s. Z.* I, 390; Busolt *Griech. Gesch.* I, 365. 366, 1.

[3]) p. 25, 20: *„μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ πάλιν ἴσχυσεν ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ κτέ."*

τῆς θαλάττης ἡγεμονίαν λαβεῖν ἀκόντων τῶν Λακεδαιμονίων. Ipsius Aristotelis sunt iudicium et verba, quibus comprehenditur summatim quae Herodotus Thucydides Atthidographi alii copiose de rebus feliciter ab Atheniensibus eo tempore gestis exposuerunt. Neque aliter in sequentibus ex rerum copia breviter deprompsit Stagirites ea quibus illustraret mores Themistoclis et Aristidis, qui tunc in re publica tractanda praestabant. Qua in re ex parte convenit cum Herodoto Thucydideque: si enim de Themistocle legimus ‚*τὰ πολέμια δοκῶν δεινὸς εἶναι*'[1]), quam ob rem Athenienses ‚*ἐχρῶντο τῷ μὲν στρατηγῷ*', in memoriam reducitur Herodoti descriptio, ubi semel atque iterum de Themistocle praetoris munere fungente verba fiunt[2]), et si Aristidis iustitia praedicatur,[3]), quis non recordatur illius Herodoti iudicii: *Ἀριστείδης, τὸν ἐγὼ νενόμικα, πυνθανόμενος αὐτοῦ τὸν τρόπον, ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι ἐν Ἀθήνῃσι καὶ δικαιότατον*[4]). Nec non consentit Thucydides, qui Atheniensium legatos Themistoclem praedicantes facit[5]) ‚*ἄνδρα στρατηγὸν ξυνετώτατον*' eundemque muros aedificandos curantem ab Aristide esse adiutum[6]) docuit[7]). Quare non ineptum videtur existimare Aristotelem illorum memorem haec scripsisse. Sed supra ea progressus imaginem amplificavit: quae enim universe de Atheniensibus protulerunt Herodotus[8]): *πρόφασιν τὴν Παυσανίω ὕβριν προϊσχόμενοι ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους* et Thucydides[9]): *παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ ἑκόντων τῶν ξυμμάχων διὰ τὸ Παυ-*

---

[1]) p. 26, 6—9 K. W.

[2]) Hdt. VII, 173 (*ἐστρατήγει δὲ Ἀθηναίων Θεμιστοκλῆς* expeditione in Thessaliam facta) VIII, 4 (*τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν πείθουσι Θεμιστοκλέα* ante pugnam apud Artemisium commissam) et passim libro VIII laudatur quibus imperatoris virtutibus in pugna Salaminia et post pugnam ille usus sit.

[3]) p. 26, 8 K. W.

[4]) Hdt. VIII 79.

[5]) Thuc. I 74, 1.

[6]) p. 26, 9/10 K. W.

[7]) Thuc. I, 91, 3: *Ἀθ. πολ.* p. 26, 10.

[8]) Hdt. VIII 3.

[9]) Thuc. I 96.

σανίου μῖσος . ., eorum Aristidem fuisse auctorem docet Aristoteles: Ἀριστείδης ἦν ὁ προτρέψας, et eundem foederatos censuisse statuit: οὗτος ἦν ὁ τάξας, cum de hac quoque re Thucydides universe locutus esset[1]: οἱ Ἀθηναῖοι ἔταξαν, nisi quod obiter in instrumento pacis a Nicia conciliatae Aristidis mentio fit[2]: τὰς πόλεις φερούσας τὸν φόρον τὸν ἐπ' Ἀριστείδου αὐτονόμους εἶναι. Et in his et in eis de quibus illi nihil tradiderunt secutum esse Aristotelem Atthidum scriptores iam accurata temporis descriptione (ἐπὶ Τιμοσθένους ἄρχοντος) probatur.

Neque aliam habent originem quae in capite sequente (c. XXIV) de civium victu et numero referuntur. Atthidum scriptores eius generis computationes instituisse ex Philochori opere quamvis lacerato perspicitur: in frg. 12 viginti milia civium commemorantur, frg. 90 docet Ol. 83, 4 (= 445/4) quater mille septingentos sexaginta cives falso inscriptos esse repertos; neque quicquam impedit, quominus talia iam Androtionem, quem supra[3] vidimus Philochorum esse secutum, protulisse atque Aristotelem hinc mutuatum esse ponamus. Hoc profecto tenemus Stagiritem, si non certum habuisset quo niteretur computationis fundamentum, potius taciturum fuisse, ut philosophus maneret. Diversam proposuit sententiam Koehlerus[4] qui singulos numeros ex arbitrio suo posuisse et nihil nisi summam (πλείους ἢ δισμυρίους ἄνδρας) scriptorem traditam accepisse suspicatur, quae mirum in modum cum Aristophanis Vesp. v. 709 consentiat[5]. Sed nobis non veri simile videtur fallaci poetae testimonio in tali quaestione usum esse scriptorem, cui fontes certiores praesto erant; atque etiamsi hoc fieri potuisse concedimus, semper restat quaestio cur philosophus non Eccles. versum 1132 (πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων ὄντων τὸ πλῆθος) sequi maluerit, qui et in sententiae formatione

---

[1]) Thuc. I 96.

[2]) Thuc. V 18, 5.

[3]) supra p. 32 adn. 2.

[4]) Koehler l. l. p. 342/3.

[5]) δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις.

propius accedit et Herodoti insuper nititur auctoritate[1]). Aristophanem igitur missum faciamus et ne ex Thucydidis quidem loco, quo consentientes exstant duo numeri[2]), quicquam possumus lucrari, quia ibi de alio agitur tempore ideoque dissentiunt calculi reliqui.

De capitibus sequentibus (XXV-XXVIII) non multum est quod dicamus. Unde res sumptas esse credemus ex eis quae disputavimus satis apparet; singulatim iudicium accuratius fieri vetant truncatae Atthidum reliquiae.

Etenim si traditur Androtionem de anno quo Cleon mortuus sit exposuisse[3]) nihil ad nos attinet scire cupientes rettuleritne de eiusdem Cleonis moribus similia atque Aristoteles[4]) necne; aut si ad Aristophanis Vesp. v. 982 (941) adnotatum legimus Thucydidem, Periclis adversarium, fuisse Melesiae f. Androtione auctore[5]), Pantaeni f. secundum Theopompum, quamquam respici potest, quia in hac re Aristotelem cum Androtione consentire vidimus, tamen parum inde capimus utilitatis. Ac ne illud quidem conducit, quod animadvertimus Isocratem in oratione quam *περὶ εἰρήνης* scripsit cum Aristoteli convenire:

Ἀθ. πολ. p. 28, 25	Isocr. VIII, 87
αἰεὶ συνέβαινεν τῶν ἐξιόντων ἀνὰ δισχιλίους ἢ τρισχιλίους ἀπόλλυσθαι,	*καὶ τοὺς κατὰ χιλίους καὶ δισχιλίους ἀποθνήσκοντας τίς ἂν ἐξαριθμήσειεν;* VIII, 88
ὥστε ἀναλίσκεσθαι τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν εὐπόρων.	*τὰ γὰρ γένη τῶν ἀνδρῶν τῶν ὀνομαστοτάτων καὶ τοὺς οἴκους τοὺς μεγίστους . . . . εὑρήσομεν . . ἀναστάτους γεγενημένους.*

Quo ex concentu nihil colligitur nisi hic quoque ut antea[6]) utriusque enuntiata eandem Atthidem habuisse fontem.

---

[1]) Hdt. III 97: *εἰ Κλεομένεα μὲν τὸν Λακεδαιμόνιον μοῦνον οὐκ οἷός τε ἐγένετο διαβάλλειν, τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθηναίων ἐποίησε τοῦτο.*

[2]) Thuc. II, 13, 8: *ἱππέας δ' ἀπέφαινε διακοσίους καὶ χιλίους . ., ἑξακοσίους δὲ καὶ χιλίους τοξότας* = Ἀθ. πολ. p. 27, 4—6.

[3]) Andr. frg. 46 M. = schol. Aristoph. Nub. 549 sqq.

[4]) p. 31, 7—10 K. W.

[5]) Andr. frg. 43 M.

[6]) cf. supra p. 10 cum adn. 9.

In rebus disponendis Aristotelem suo usum esse consilio nemo est quin cognoscat: disposuit res cohaerentes in particulas, quas et concludebat[1]) et exordio instruebat[2]) summam sententiam paucis complectens; nec non studuit explanare quid in rerum progressu momenti fuerit[3]), ut perspiceretur quae ratio inter singula intercederet. Quae omnia ad ipsum Aristotelem referenda sunt: nam in Atthidibus res ita fuisse adornatas vix cuiquam probari opinemur.

Apparet igitur Aristotelem materiam omnem priusquam litteris mandaret suo usum iudicio percensuisse, neque credere licet eum singula in ipso scribendo arrepta et collecta in compagem temerariam redegisse. Qua re non recte facit qui dicat Aristotelem primo secutum esse fontem, quo Ephialtem et Themistoclem in Areopagitas esse invectos tradebatur[4]), deinde alium, ubi easdem egisse partes Periclem inveniebat[5]), itaque inter se repugnantia temere miscuisse. Immo sibi conscium philosophum hic accuratius Areopagum potestate bis esse spoliatum tradidisse et eadem in Polit. 1274a 7 brevius comprehendisse crediderimus, ut alter locus altero nitatur[6]). Neque haeremus in elocutione „*ἐπίθετα*“[7]) in qua Koehlerus offendit[8]). Sed cum Lipsio[9]) illa *ἐπίθετα* ad cap. 23 referimus, cum concinant quae ibi leguntur elocutiones: *πάλιν ἴσχυσεν; λαβοῦσα τὴν ἡγεμονίαν; παρεχώρουν*, atque etiam verba: *ἀγῶνας ἐπιφέρων περὶ τῶν διῳκημένων*[10]) respectent ad antecedentia: *διῴκει τὴν πόλιν*[11]).

---

[1]) velut p. 28, 15: *ἡ μὲν οὖν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν βουλὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπεστερήθη τῆς ἐπιμελείας.*

[2]) velut p. 28, 16: *μετὰ δὲ ταῦτα συνέβαινεν ἀνίεσθαι μᾶλλον τὴν πολιτείαν διὰ τοὺς προθύμως δημαγωγοῦντας.*

[3]) velut p. 30, 14: *ἕως μὲν οὖν Περικλῆς προειστήκει τοῦ δήμου βελτίω τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν ἦν, τελευτήσαντος δὲ Περικλέους πολὺ χείρω.*

[4]) p. 27, 21 sqq. K. W.

[5]) p. 29, 15 K. W.

[6]) Keil l. l. p. 120 adn. 1.

[7]) p. 27, 24 K. W.

[8]) Koehler l. l. p. 343/4.

[9]) Lipsius *Berichte d. K. saechs. Gesellschaft d. W.* 1891 p. 43.

[10]) p. 27, 22 K. W.

[11]) p. 25, 21 K. W.

Multa de hoc temporis spatio fecit iudicia, sed etiam aliorum respexit sententias, ut ipse téstatur verbis: ἀφ' ὧν αἰτιῶνταί τινες χείρους γενέσθαι [1]). Quorum e numero unus qui ita iudicaverit [2]) exstat notissimus. Plato enim in Gorg. 515 E ita locutus est: ἀλλὰ τόδε μοι εἰπὲ ἐπὶ τούτῳ, εἰ λέγονται Ἀθηναῖοι διὰ Περικλέα βελτίους γεγονέναι, ἢ πᾶν τοὐναντίον διαφθαρῆναι ὑπ' ἐκείνου. ταυτὶ γὰρ ἔγωγε ἀκούω, Περικλέα πεποιηκέναι Ἀθηναίους ... φιλαργύρους, εἰς μισθοφορίαν πρῶτον καταστήσαντα.

Sed Platonem, quamquam fortasse respexit Aristoteles, tamen non proprie illius sententiae auctorem fuisse docent quae sequuntur: κληρουμένων ἀεὶ μᾶλλον τῶν τυχόντων ἢ τῶν ἐπιεικῶν ἀνθρώπων, quibus verbis illi ‚τινές' iudicium suum firmaverunt [3]). Quae cum ita sint, cavendum esse opinamur, ne ponamus Aristotelem ubicumque cum Platone consentiat aut dissentiat consulto ad huius spectavisse sententias. Ita consentit alter cum altero [4]) in maritimo imperio condemnando: sed multi alii item iudicaverunt, ut scite Keilius [5]) explanavit. Certa non exstant argumenta quibus nisi statuamus Aristotelem aut hunc aut illum habuisse auctorem. Et cum philosophus in aestimandis viris praestantibus modo cum Platone modo cum Isocrate aliisque contra Platonem fecerit, apparet eum non aliorum iudicio stetisse sed proprio Marte tulisse sententiam [6]). De uno tantum iudicio periculum coniectandi subeamus: postquam Aristoteles de Cleophonte et Callicrate exposuit, ita pergit [7]): τούτων μὲν οὖν ἀμφοτέρων θάνατον κατέγνωσαν ὕστερον· εἴωθεν γὰρ κἂν ἐξαπατηθῇ τὸ πλῆθος ὕστερον μισεῖν τούς τι προαγαγόντας ποιεῖν αὐτοὺς τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων.

---

[1]) p. 30, 7/8 K. W.

[2]) Quae Isocrates VII 82 VIII 130 XV 152 de mercede publica protulit alius sunt naturae.

[3]) Keilius l. l. p. 212 adn. 1 non recte percepit haec verba, in quibus eadem sententia inest atque in Polit. 1293 a 1—10 et Ps. Xen. Ἀθ. πολ. c. I, 3.

[4]) Plato Gorg. 519 A. Ἀθ. πολ. p. 29, 15. 45, 4.

[5]) Keil. l. l. p. 215-217.

[6]) Quod de Theramene defendit etiam Keilius l. l. p. 205 adn. 2.

[7]) p. 31, 16 K. W.

Apparet philosopho alia quoque obversata esse, ex quibus universam illam sententiam concepit. Atque a fide non abhorret eum Xenophontis locum memoria tenuisse, ad quem etiam verba aliquo modo alludere videntur. Ille enim in Hellenicis [1]) haec narravit: *καὶ οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον μετέμελε τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἐψηφίσαντο, οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολὰς αὐτῶν εἶναι . . ὕστερον δὲ . . ἀπέδρασαν οὗτοι, . . . Καλλίξενος δὲ . . μισούμενος ὑπὸ πάντων λιμῷ ἀπέθανεν.*

Persecutus est Aristoteles rerum cursum usque ad expeditionem in Siciliam factam; cuius adversus eventus quanti in re publica constituenda momenti fuerit docet in eis quae sequuntur [2]). In hoc tempore describendo Thucydides praeter solitum copiosius etiam de rebus ad statum rei publicae pertinentibus in libro octavo exposuit. Haec philosophum legisse et respexisse pro certo habemus et probant iam prima cap. 29 enuntiata, quibus ea quae latius et plenius apud Thucydidem enarrata exstabant paucis adumbrata sunt. Ille enim tres ad verbum tradidit instrumenta foederis inter Lacedaemonios et regem Persarum facti [3]), cuius eventum Stagirites breviter depingit: *ἰσχυρότατα τὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἐγένετο διὰ τὴν πρὸς βασιλέα συμμαχίαν*; Thucydides pluribus locis protulit argumentum, quo in primis rerum novarum cupidi non frustra utebantur: *Οἱ δὲ μετὰ τοῦ Πεισάνδρου πρέσβεις . . . ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας, λόγους ἐποιοῦντο ἐν τῷ δήμῳ κεφαλαιοῦντες ἐκ πολλῶν, μάλιστα δὲ ὡς ἐξείη αὐτοῖς . . . μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον δημοκρατουμένοις βασιλέα ξύμμαχον ἔχειν* [4]), et paulo infra: *σφίσι τε οὐκέτι ὄντων (χρημάτων), εἰ μή τις πείσει βασιλέα μεταστῆναι παρὰ σφᾶς* [5]), et: *εἰ μὴ ἐς ὀλίγους μᾶλλον τὰς ἀρχὰς ποιήσομεν, ἵνα πιστεύσῃ ἡμῖν βασιλεύς*, quae complexus refert Stagirites: *μάλιστα δὲ συμπεισθέντων τῶν πολλῶν*

---

1) Xen. Hell. I, 7, 34.
2) p. 32, 7 sqq. K. W.
3) Thuc. VIII. 18. 37. 58.
4) Thuc. VIII. 53.
5) Ad haec maxime spectat locus in Polit. 1304 b 13: *τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν φάσκοντες τὸν βασιλέα χρήματα παρέξειν πρὸς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους.*

διὰ τὸ νομίζειν βασιλέα μᾶλλον ἑαυτοῖς συμπολεμήσειν, ἐὰν δι᾽ ὀλίγων ποιήσωνται τὴν πολιτείαν.

Sed tamen ea quae de ipso rerum statu everso attulit, aliunde sumere maluit: adiit ipsa populiscita, ut primo obtutu colligis, neglecta Thucydidis descriptione; quam si cum populiscitorum summa comparamus, eum recte fecisse concedemus. Thucydides enim exsul de his rebus certior factus est ab auctore, qui in memoria parum tenaci ex varia et contorta rerum commutatione multa oblitus est[1]), alia confudit[2]), nonnumqum a vero aberravit[3]); quamquam eum rebus ipsis interfuisse ex multis colligitur indiciis: accurate significat, quo loco contiones habitae sint[4]), late depingit commotos et perturbatos civium animos atque omnino ei magis contigit, ut res oculis percipiendas perspicue illustraret quam ut interiores rei publicae commutationes accurate describeret. Quo factum est, ut Aristoteles id ipsum quod ille neglexit desiderans ad tabularum textum se applicare maluerit, cuius notitiam unde sumpsisse videatur nostrum est exquirere. Atque si verba quae capp. 29, 30, 31 continentur examinamus, admirabimur conspicuam diligentiam et industriam, qua omnia collecta invenimus. Non solum ea exscripta exstant decreta quae de quadringentorum constitutione deque eius origine nos faciunt certiores, sed etiam ea quae in rerum cursu omnino nullius fuerunt momenti, cum propter praematuram quadringentorum virorum ruinam litteris tantummodo conscripta numquam ad effectum perducta sint (c. XXX).

Quod diversum videtur a more Aristotelis, qui potius nimis parcus quam copiosus solet esse. Accedit quod instrumentorum verba cum antecedentibus neglegentius sunt connexa: nam qui illi „προϋπάρχοντες δέκα πρόβουλοι‟[5]) fuerint aut quonam consilio creati sint, antea nusquam commemoratur. Qua re adducimur, ut suspicemur non ipsum Aristotelem

[1]) Ἀθ. πολ. 33, 23 sqq.; 33, 28/9; 35, 21—23.

[2]) Thuc. VIII. 67, 1: sed. cf. Ἀθ. πολ. p. 32, 18/9.

[3]) velut Tuc. VIII 67, 3:sed cf. Ἀθ. πολ. p. 35, 11—13.

[4]) velut Thuc. VIII. 67, 2: ξυνέκλῃσαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνόν.

[5]) d. 32, 18 K. W.

decreta illa collegisse sed in opere quodam reperta libello suo inseruisse; nam si ipse populiscita aut ex lapidibus collegisset aut in Metroo exscripsisset, nosto arbitratu aliam legeremus expositionem et rerum cursui melius accomodatum et cum antecedentibus accuratius coniunctam.

Teneamus igitur Stagiritem decretorum verba a rerum quodam scriptore mutuatum esse, de quo num quid accuratius statuere possimus periclitemur. Habemus quinque decreta: primum Pytodori psephisma cum Clitophontis additamento, deinde quae triginta conscriptores decreverunt, tum duas constitutiones quas centum viri composuerunt, alteram ‚*εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον*' (c. XXX) alteram ‚*ἐν τῷ παρόντι καιρῷ*' (c. XXXI), denique tabulam pacis a. 404/3 reconciliatae (c. XXXIX), quam ex eodem fonte fluxisse nemo non concedet.

Apparet illum auctorem laborem multa intrumenta accurate exscribendi non recusavisse, sed magno opere materia diligenter collecta id studuisse, ut rerum gestarum enarrationem praeberet uberrimam. Atque in vituperationem, qua supra Aristotelem liberare studuimus, ille incidit: non luculentam perspicuamve dedit rerum descriptionem sed magna ne dicamus acerba diligentia institutum thesaurum.

Quae omnia non aliena videntur ab Atthidum scriptoribus, quos hic quoque Aristoteli materiam praebuisse putemus. Nam si non omnes at certe Androtionem etiam leges et decreta operibus suis inseruisse sequitur ex eis quae ad Aristophanis Av. v. 1540 adnotatum legimus [1]): *τὸν κωλακρέτην: τὸν ταμίαν τῶν πολιτικῶν χρημάτων. Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς τούτους ταμίας εἶναί φησι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. οὐ μόνον δὲ τούτου τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ὥς φησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα διὰ τούτων ἀνηλίσκετο, ὡς Ἀνδροτίων γράφει οὕτως· ‚τοῖς δὲ ἰοῦσι Πυθῶδε θεωροῖς τοὺς κωλακρέτας διδόναι ἐκ τῶν ναυκληρικῶν ἐφόδιον ἀργύρια, καὶ εἰς ἄλλο ὅ τι ἂν δέῃ ἀναλῶσαι.*' Cognoscis scholiastam non Androtionis verba laudare sed legis cuisdam quam ille ad verbum exscriptam in opus suum recipit.

Huc accedit testimonium Harpocrationis, qui s. v. *συγ-*

[1]) Androt. frg. 4. M.

γραφεῖς haec habet: [1]) ἦσαν δὲ οἱ μὲν πάντες συγγραφεῖς τριάκοντα οἱ τότε αἱρεθέντες, καθά φησιν Ἀνδροτίων τε καὶ Φιλόχορος, ἑκάτερος ἐν τῇ Ἀτθίδι. Ὁ δὲ Θουκυδίδης τῶν δέκα ἐμνημόνευσε μόνων τῶν προβούλων.

Vides veteres grammaticos illud discrimen quod inter Thucydidem et Atthidographos intercedit attendisse. Sed quae Androtionem tradidisse Harpocratio testatur consentit cum Pythodori populiscito quod apud Aristotelem legimus [2]). Itaque legis verba iam Androtionem praebuisse et Aristotelem ab eo mutuatum esse fit veri simillimum.

Sed etiam alia ex parte ad eundem adducimur Androtionem. Legimus in decreto quod cap. 39 continetur haec [3]): τῶν δὲ παρεληλυθότων μηδενὶ πρὸς μηδένα μνησικακεῖν ἐξεῖναι πλὴν πρὸς τοὺς τριάκοντα καὶ τοὺς δέκα καὶ τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς τοῦ Πειραιέως ἄρξαντας. Quibuscum compares quae Xenophon de eadem re habet in Hellenicis [4]): οἱ δὲ διήλλαξαν ἐφ' ᾧτε εἰρήνην μὲν ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ἀπιέναι δὲ ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἑκάστους πλὴν τῶν τριάκοντα καὶ τῶν ἕνδεκα καὶ τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα, ubi ceteris paribus desiderantur illi decemviri. Similiter in narratione antecedente Aristoteles, quamquam in re summa cum Xenophonte consentit, tamen plura tradidit velut haec [5]): καταλύσαντες τοὺς δέκα τοὺς πρώτους αἱρεθέντας ἄλλους εἵλοντο δέκα τοὺς βελτίστους εἶναι δοκοῦντας, ἐφ' ὧν συνέβη κτέ, de quibus verbum nullum invenis apud Xenophontem. Qua ex re concludas Aristotelem, quem Xenophontis descriptionem legisse infra videbimus, ut rem plenius narraret ex accuratiore opere deprompsisse et decretum supra laudatum (c. XXXIX), quo decemviri primi suo loco commemorantur, et hanc de decemviris alteris notitiam. Quod tenentes legamus quae Harpocratio s. v. δέκα tradidit [6]): περὶ τῶν μετὰ τὴν κατάλυσιν

[1]) Philoch. frg. 122 M.

[2]) p. 82, 18 K. W.

[3]) p. 43, 2 sqq. K. W. Eadem brevius ex ipso decreto mutuatus est Andocides I, 90.

[4]) Xen. Hell. II 4, 38.

[5]) p. 41, 20 K. W.

[6]) Androt. frg. 10 M.

τῶν τριάκοντα Ἀθήνησι χειροτονηθέντων ἀνδρῶν δέκα καὶ τῶν ἑξῆς εἴρηκεν Ἀνδροτίων ἐν τῇ τρίτῃ[1]). Quae testimonia complexi ne audaciores habeamur non timentes statuamus Aristotelem decreta illa ex Androtionis Atthide esse mutuatum.

Ex hoc disputationis eventu veri simile fit etiam reliqua ex Atthidibus fluxisse quae in expositione huius temporis spatii praeter Thucydidis et Xenophontis descriptiones apud Aristotelem legimus: nam hos duos scriptores eum habuisse auctores et antea tetigimus, et iam plenius exponemus. Sequuntur post tabularum enarrationem in cap. XXXII nonnulla singularia ex Atthide petita[2]). Sed iam temporis computatio: ἔτεσιν δ' ὕστερον τῆς τῶν τυράννων ἐκβολῆς μάλιστα ἑκατόν ad Thucydidem spectat[3]): ἐπ' ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα ἐπειδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν, et quod hic de rerum novarum auctoribus iudicavit, paulo brevius Aristoteles repetiit:

Ἀθ. πολ. p. 36, 12	Thuc. VIII, 68
αἰτίων μάλιστα γενομένων Πεισάνδρου καὶ Ἀντιφῶντος καὶ Θηραμένους, ἀνδρῶν καὶ γεγενημένων εὖ καὶ συνέσει καὶ γνώμῃ δοκούντων διαφέρειν.	ἦν δὲ ὁ μὲν τὴν γνώμην ταύτην εἰπὼν Πείσανδρος, καὶ τἆλλα ἐκ τοῦ προφανοῦς προθυμότατα ξυγκαταλύσας τὸν δῆμον. ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς ὅτῳ τρόπῳ κατέστη ἐς τοῦτο καὶ ἐκ πλείστου ἐπιμεληθεὶς Ἀντιφῶν ἦν, ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς δεύτερος . . . καὶ Θηραμένης ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος ἦν, ἀνὴρ οὔτε εἰπεῖν οὔτε γνῶναι ἀδύνατος.

Ea quoque quae deinde sequuntur nonnumquam ad verbum cum Thucydidis expositione concinunt: velut Aristotelis elocutio[4]) οἱ πεντακισχίλιοι λόγῳ μόνον ᾑρέθησαν in memoriam

[1]) Errat Keilius qui l. l. p. 191 mirum in modum haec verba ad Ἀθ. πολ. p. 32, 18 rettulit.
[2]) p. 36, 4—11 K. W.
[3]) Thuc. VIII 68.
[4]) p. 36, 16 K. W.

vocat Thucydidis verba: *ἀλλὰ τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ καὶ μὴ ὀνόματι χρῆναι ἀποδεικνύναι*[1], et quae deinde Stagirites de quadringentis viris rettulit, conspirant cum pleniore Thucydidis descriptione:

Ἀθ. πολ. p. 36, 16	Thuc. VIII, 70
οἱ δὲ τετρακόσιοι . . . εἰσελθόντες εἰς τὸ βουλευτήριον *ἦρχόν τε τῆς πόλεως*	*οἱ τετρακόσιοι ἐσελθόντες ἐς τὸ βουλευτήριον τότε μὲν πρυτάνεις τε σφῶν αὐτῶν ἀπεκλήρωσαν, καὶ ὅσα πρὸς τοὺς θεούς, εὐχαῖς καὶ θυσίαις καθιστάμενοι ἐς τὴν ἀρχὴν ἐχρήσαντο . . .* VIII, 71, 3
καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους πρεσβευσάμενοι κατελύοντο τὸν πόλεμον	*παρά τε τὸν Ἆγιν ἐπρεσβεύοντο . . . ἐκπέμπουσι καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα περὶ ξυμβάσεως πρέσβεις, βουλόμενοι διαλλαγῆναι* . VIII, 91
οὐχ ὑπακουσάντων δ' ἐκείνων . . . ἀπέστησαν.	*οἱ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος πρέσβεις οὐδὲν πράξαντες ἀνεχώρησαν.*

Denique Aristotelem Thucydidis narrationem ante oculos habuisse, cum de quadringentis a re publica remotis expositurus esset (c. XXXIII) non dubitabimus. Prima enim capitis enuntiata ex Atthide hausta sequuntur haec quae mirum quantum cum Thucydideis concinunt:

Ἀθ. πολ. p. 36, 26	Thuc. VIII, 95
ἡττηθέντες δὲ τῇ περὶ Ἐρέτριαν ναυμαχίᾳ καὶ τῆς Εὐβοίας ἀποστάσης ὅλης πλὴν Ὠρεοῦ	de hac pugna Thuc. VIII, 95 1—6 latius exposuit *καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ Εὔβοιαν ἅπασαν ἀποστήσαντες πλὴν Ὠρεοῦ . . .* VIII, 96.
χαλεπῶς ἐνεγκόντες ἐπὶ τῇ συμφορᾷ μάλιστα τῶν προγεγενημένων	*τοῖς δ' Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα, ἔκπληξις μεγίστη δὴ τῶν πρὶν παρέστη . οὔτε γὰρ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ ξυμφορά, καίπερ μεγάλη τότε δόξασα εἶναι, οὔτε ἄλλο οὐδέν πω οὕτως ἐφόβησεν.* VIII, 96, 2

[1]) Thuc. VIII 89, 2.

πλείω γὰρ ἐκ τῆς Εὐβοίας ἢ τῆς Ἀττικῆς ἐτύγχανον ὠφελούμενοι	*Εὔβοιαν ἀπολωλέκεσαν, ἐξ ἧς πλείω ἢ τῆς Ἀττικῆς ὠφελοῦντο.*
	VIII, 97, 1
	Ἐπὶ δ' οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι . . . ἐκκλησίαν ξυνέλεγον
κατέλυσαν τοὺς τετρακοσίους καὶ τὰ πράγματα παρέδωκαν τοῖς πεντακισχιλίοις τοῖς ἐκ τῶν ὅπλων, ψηφισάμενοι μηδεμίαν ἀρχὴν εἶναι μισθοφόρον.	*. . . ἐν ᾗπερ καὶ τοὺς τετρακοσίους καταπαύσαντες τοῖς πεντακισχιλίοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα παραδοῦναι . εἶναι δὲ αὐτῶν ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται· καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾶς ἀρχῆς.*
δοκοῦσι δὲ καλῶς πολιτευθῆναι κατὰ τούτους τοὺς καιρούς,	*καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γ' ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες· μετρία γὰρ ἥ τε ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ*
πολέμου τε καθεστῶτος καὶ ἐκ τῶν ὅπλων τῆς πολιτείας οὔσης.	*τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις ἐγένετο, καὶ ἐκ πονηρῶν τῶν πραγμάτων γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀνήνεγκε τὴν πόλιν.*

Si addimus etiam de Aristocrate et Theramene Thucydidem[1]), non aliter iudicare atque Aristotelem[2]), apparet unamquamque sententiam habere apud Thucydidem ad quod referatur. Ut summam faciamus: patet Aristotelem Thucydidis expositionem legisse et ibi secutum esse, ubi satisfecit, ubi plura dare maluit, Atthidum thesauros adiisse.

Similem rationem cum sequentibus capp. habet qui Thucydidis opus continuavit Xenophon. Quem Aristotelem in scribendo respexisse certo colligitur ex sententiis nonnullis quas Xenophon Theramenem proferentem fecit:

Ἀθ. πολ. p. 39, 23	Hell. II 3, 18 sq.
	ἐκ τούτου μέντοι Κριτίας καὶ οἱ
οἱ δὲ (scil. *οἱ τριάκοντα*) . . *φοβηθέντες μὴ προστάτης γενόμενος*	*ἄλλοι τριάκοντα, ἤδη φοβούμενοι καὶ οὐχ ἥκιστα τὸν Θηραμένη, μὴ*

[1]) Thuc. VIII 89, 2. 92, 2 sqq.
[2]) *Ἀθ. πολ.* p. 37, 5—8 K. W.

τοῦ δήμου καταλύσῃ τὴν δυναστείαν καταλέγουσιν τῶν πολιτῶν τρισχιλίους ὡς μεταδώσοντες τῆς πολιτείας.	συρρυείησαν πρὸς αὐτὸν οἱ πολῖται, καταλέγουσι τρισχιλίους τοὺς μεθέξοντας δὴ τῶν πραγμάτων.
Θηραμένης δὲ πάλιν ἐπιτιμᾷ καὶ τούτοις,	ὁ δ' αὖ Θηραμένης καὶ πρὸς ταῦτα ἔλεγεν ὅτι ἄτοπον δοκοίη
πρῶτον μὲν ὅτι βουλόμενοι μεταδοῦναι τοῖς ἐπιεικέσι τρισχιλίοις μόνοις μεταδιδόασιν,	ἑαυτῷ γε εἶναι τὸ πρῶτον μὲν βουλομένους τοὺς βελτίστους τῶν πολιτῶν κοινωνοὺς ποιήσασθαι
ὡς ἐν τούτῳ τῷ πλήθει τῆς ἀρετῆς ὡρισμένης,	τρισχιλίους, ὥσπερ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἔχοντά τινα ἀνάγκην καλοὺς κἀγαθοὺς εἶναι, καὶ οὔτ' ἔξω τούτων σπουδαίους οὔτ' ἐντὸς τούτων πονηροὺς οἷόν τε εἴη γενέσθαι.
ἔπειθ' ὅτι δύο τὰ ἐναντιώτατα ποιοῦσι, βίαιόν τε τὴν ἀρχὴν καὶ τῶν ἀρχομένων ἥττω κατασκευάζοντες.	ἔπειτα δ', ἔφη, ὁρῶ ἔγωγε δύο ἡμᾶς τὰ ἐναντιώτατα πράττοντας, βιαίαν τε τὴν ἀρχὴν καὶ ἥττονα τῶν ἀρχομένων κατασκευαζομένους.

Apparet Aristotelem Xenophontea ad verbum expressisse ea tamen usum libertate, ut secundum morem suum verbosiora acute astringeret [1]) et nonnumquam verba sibi propria immisceret [2]).

Praeterea in cap. 34 cum concitatorum furorem condemnaret: ἐξαπατηθέντος τοῦ δήμου διὰ τοὺς παροργίσαντας, et paulo infra: τὸ δὲ πλῆθος οὐχ ὑπήκουσεν ἐξαπατηθέντες ὑπὸ Κλεοφῶντος, spectavisse videtur ad Xenophontem, qui de eisdem viris οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν verba fecit [3]) quae philosopho obversata esse iam supra suspicati sumus [4]).

Sed in ipsa rerum enarratione et ordine maluit Aristoteles Atthides sequi, quarum vestigia supra deteximus. Quo factum est, ut et accuratiora quam apud Xenophontem eaque alio ordine legamus. Incommode accidit, ut quae in Atthidibus de his rebus tradita exstabant prorsus fere perierint. Nam

---

[1]) velut ὡς ἐν τούτῳ τῷ πλήθει τῆς ἀρετῆς ὡρισμένης.

[2]) velut μεταδοῦναι τοῖς ἐπιεικέσι, ubi Xenophon τοὺς βελτίστους habet.

[3]) Xen. Hell. I, 7, 34.

[4]) supra p. 37/8.

si ea omittimus, quae supra[1]) attulimus, unum tantum restat quod traditur Androtionem de pugna ad Arginusas commissa rettulisse[2]) et capitalem imperatorum causam commemoravisse[3]).

Sed neque certius aliquid enucleari potest et Aristoteles satis habuit ostendere in causa illa contra leges esse peccatum[4]) neque id studuit ut accurate singula, velut accusatorum numerum, exsequeretur. Si enim dicit: *τοὺς δέκα στρατηγοὺς τοὺς τῇ ναυμαχίᾳ νικῶντας*[5]) eum non numerum afferre sed collegium illud significare[6]) docent sequentia: *τοὺς μὲν οὐδὲ συνναυμαχήσαντας*, quae nihili sunt si antea eum dixisse putamus omnes decem imperatores in pugna navali victoriam esse adeptos[7]). Rem ipsam, in qua Socrates partes habuit singulares[8]), Academiae sectatoribus opinemur notissimam fuisse ideoque Aristotelem certi auctoris non indiguisse. Si tamen quaeris auctorem, iam Xenophontis descriptio satis facit ad philosophi verba declaranda[9]).

At nihil philosophus apud Xenophontem invenit eorum, quae deinde de Cleophonte protulit deque creatione triginta virorum, quos commemorasse Xenophon satis habuit[10]), cum ipse accuratius singulas factiones earumque duces describere maluerit[11]).

---

1) supra p. 41, 1 et 6.

2) Androt. frg. 14 M.

3) Pausan. VI 7, 7.

4) in verbis *συνέβη κριθῆναι μιᾷ χειροτονίᾳ πάντας* summa sententia posita est.

5) p. 37, 15 K. W.

6) Eodem consilio non aliter locutus est Plato in Apol. 32 B: *τοὺς δέκα στρατηγοὺς τοὺς οὐκ ἀνελομένους τοὺς ἐκ τῆς ναυμαχίας.*

7) Diximus hoc contra Bauerum *liter. u. histor. Forschungen zur Ἀθ. πολ.* p. 160/1.

8) Plato Apol. 52 B; Xenoph. Hell. I 7, 15.

9) Hell. I, 7, 34: *ἡ δὲ τῆς βουλῆς ἦν μιᾷ ψήφῳ ἅπαντας κρίνειν … διαχειροτονίας γενομένης ἔκριναν τὴν τῆς βουλῆς*; addas quae Xenophon Euryptolemum dicentem facit I, 7, 26. 30. 32: *εἷς τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν ἐπὶ καταδύσης νεὼς διασωθεὶς …. αὐτὸν τότε δεόμενον ἀναιρέσεως*. *Ἀθ. πολ.* p. 37, 17.

10) Xen. Hell. II, 3, 2.

11) p. 38, 5—6 K. W.

Eodem modo quae Xenophon de rebus a triginta viris gestis breviter scripsit: *βουλὴν δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς κατέστησαν ὡς ἐδόκει αὐτοῖς*[1]), latius explanavit Stagirites[2]) singularia de legibus commutatis ex Atthibus sumpta apponens[3]) et etiamsi nonnulla occurrunt, quae cum Xenophontis narratione comparari possunt[4]), tamen semper aut immixtae sunt aut sequuntur res propriae[5]) quas apud illum frustra quaeres. Idem Xenophon narrationem de Theramenis interitu satis lepide exornans unam tantum legem qua ille capitis damnatus esset commemoravit[6]); in Atthidibus autem quas Aristoteles secutus est duae leges exstabant et res erat simplicius narrata.

Sed res non accuratiores tantum Stagirites protulit, verum etiam aliter ordinatas. In primis patet legatos a triginta viris ad Lacedaemonios missos esse alio tempore et consilio apud Xenophontem[7]) alio apud Aristotelem[8]): nam etsi cum edd. K. W. locum versuum 25—29 mutamus, tamen restat discrimen in verbis: *τοῦ τε Θηραμένους κατηγόρουν*, cum apud Xenophontem Therameni etiam tum, cum legati mitterentur, cum ceteris conveniret[9]).

Accedit quod Aristoteles refert triginta viros contra Thrasybulum eiusque socios dimicavisse priusquam in Theramenem inveherentur, et populo arma ademisse Theramene remoto, cum Xenophon in utraque re diversum praebeat ordinem. Ex his omnibus ne colligamus Aristotelem Xenophontis omnino nullam habuisse rationem, impediunt ea quae

---

[1]) Xen. Hell. II, 3, 11.

[2]) p. 38, 20—24 K. W.

[3]) p. 38, 26—39, 7 K. W.

[4]) velut Hell. II, 3, 12 : *Ἀθ. πολ.* p. 39, 8 sqq. aut II, 3, 21: *Ἀθ. πολ.* p. 39, 12 sqq.

[5]) velut p. 39, 16 K. W.: *καὶ χρόνου διαπεσόντος βραχέος οὐκ ἐλάττους ἀνῃρήκεσαν ἢ χιλίους πεντακοσίους.*

[6]) Xen. Hell. II, 3, 51.

[7]) Xen. Hell. II, 3, 13.

[8]) p. 40, 25 K. W.

[9]) Hell. II, 3, 15: *ὁμογνώμων τε καὶ φίλος ἦν*, 16: *ἔτι γὰρ οἰκείως ἐχρῆτο τῷ Θηραμένει.*

supra vidimus; itaque intelligimus eum consulto ab huius narratione recessisse.

Ad hanc opinionem probandam accedit argumentum petitum ex ratione, qua Aristoteles de factionibus reconciliandis exposuit. Postquam enim de decemviris narravit [1]): *ἐφ' ὧν συνέβη καὶ τὰς διαλύσεις γενέσθαι καὶ κατελθεῖν τὸν δῆμον*, non simpliciter exponere pergit horum virorum consilia postea Pausaniam adiuvisse et ad finem perduxisse, sed vi quadam praedicavit Pausaniam non auctorem sed adiutorem tantum fuisse in placandis civium animis: *οὗτοι γὰρ πρίν τε Παυσανίαν ἀφικέσθαι διεπέμποντο πρὸς τοὺς ἐν Πειραιεῖ καὶ ἀφικομένου συνεσπούδασαν τὴν κάθοδον.* Ex sententiae formatione colligitur redargui eos qui omnia soli Pausaniae deberi opinarentur: id ipsum quod apud Xenophontem latius explanatum legimus [2]). Itaque ut hic apparet Aristotelem Xenophonti esse oblocutum, secutum esse Androtionem, quem de decemviris illis exposuisse supra [3]) vidimus, ita etiam in antecedentibus similem rationem intercedere statuemus.

Pervenimus ad finem primae partis, qua de rei publicae historia agitur; nam in capp. 40 et 41 quae restant non est quod examinemus: in illo capite Aristoteles ex Atthidibus sumptas [4]) affert res accuratas cum venia praeteritorum communi cohaerentes, in hoc proprio iudicio ad initium regressus totum rerum cursum acute complexus est.

Itaque nos quoque ad initium libelli redeamus ad percensenda ea quae ibi nondum temptata reliquimus. Atque quae fati invidia periisse dolemus, summatim tantummodo percurrere liceat, quia parum fructus inde percipitur. Fontes uberrimos nemo negabit fuisse Atthides, quas antiquissimis illis temporibus magnam navavisse operam docent fragmenta.

---

[1]) p. 41, 22 K. W.

[2]) Xen. Hell. II 3, 29—38.

[3]) supra p. 41/2.

[4]) Pecunias debitas publice esse redditas (*Ἀθ. πολ.* p. 44, 1—6) alii quoque commemoraverunt cf. Xen. Hell. II 4, 28; Isocr. VII 68/9; Demosth. XX 11/2, cuius verba: *τῶν δὲ τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιοίντων* conspirant cum eis quae Aristoteles dedit: *ἡγούμενοι τοῖτο πρῶτον ἄρχειν δεῖν τῆς ὁμονοίας.*

Sed aliquid certius ex eis, quae in Heraclidis epitoma exstant aut hic illic servata invenimus, non enucleatur. Num etiam Herodoti Thucydidisque locos qui ad rem pertinent respexerit Aristoteles neque confirmari potest neque negari: si philosophus refert Ionem primo Atheniensium rei militari praefuisse[1]) et Athenienses illius nomine appellatos esse Iones[2]), in memoriam revocantur Herodoti verba[3]): *Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισιν ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες*, et de Theseo in Heracl. epit. 2 memorato se praebuit Thucydidis adumbratio[4]). Sed haec et alia[5]) etiamsi respecta esse concedimus, tamen non mediocriter ex Atthidibus amplificata esse elucet.

Ad ipsius libelli laceratum initium addas quae Heraclides in epit. 4 tradidit: *τοὺς μετὰ Κύλωνος διὰ τὴν τυραννίδα ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς θεοῦ πεφευγότας οἱ περὶ Μεγακλέα ἀπέκτειναν. καὶ τοὺς δράσαντας ὡς ἐναγεῖς ἤλαυνον.* Hinc comparet Aristotelem narrationem ita instituisse, ut primo de Cylonis facinore exponeret eiusque tristem eventum demonstraret, deinde quid Alcmaeonidae exsecrati passi essent ostenderet, tum urbem ab Epimenide esse purgatam adderet.

Quas narrationis partes eodem modo apud Plutarchum uno connexu traditas legimus in vita Solonis (c. XII). Sed quia hic quoque Plutarchus plura habet, quae Aristotelis narrationi aliunde inserta esse non probatur, concludemus rem ita narratam esse in Atthide, ex qua utriusque fluxerit descriptio et Aristotelis scite astricta et accuratius exscripta Plutarchi.

Accedit quod etiam in eis quae uterque annexuit vestigia communis fontis apparent:

---

1) p. 2, 6/7 K. W.

2) Heracl. epit. 1; Harpocr. s v. *Ἀπόλλων πατρῷος*.

3) Hdt. VIII 44.

4) Thuc. II 15, 1—3.

5) In controversia inter Herodotum (V 71) et Thucydidem (I, 12, 6) coorta Aristotelem ab huius partibus stare saepius adnotatum est. cf. Bauer *litter. u. histor. Forsch. z. Ἀθ. πολ.* p. 44; Keil. l. l. p. 96.

Αθ. πολ. p. 1, 8	Plut. sol. c. 13.
καὶ δὴ καὶ ἐδούλευον οἱ πένητες τοῖς πλουσίοις . . . καὶ ἐκαλοῦντο πελάται καὶ ἑκτήμοροι· κατὰ ταύτην γὰρ τὴν μίσθωσιν εἰργάζοντο τῶν πλουσίων τοὺς ἀγρούς..	*Ἅπας γὰρ ὁ δῆμος ἦν ὑπόχρεως τῶν πλουσίων. Ἢ γὰρ ἐγεώργουν ἐκείνοις ἕκτα τῶν γινομένων τελοῦντες ἑκτημόριοι προσαγορευόμενοι ..*
καὶ εἰ μὴ τὰς μισθώσεις ἀποδιδοῖεν, ἀγώγιμοι καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ παῖδες ἐγίνοντο . καὶ γὰρ δεδεμένοι τοῖς δανείσασιν ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἦσαν.	*ἢ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν.*

Hae igitur civium conditiones etiam in Atthide, quam uterque secutus est, post narrationem ad Cylonem pertinentem expositae exstabant. Sed iam uterque propriam iniit viam: Plutarchus statim de Solone ipso disseruit, Aristoteles antea suum cursum tenens qualis rei publicae fuisset status ante Draconem explanavit (c. III). Atque hic quoque philosophum complurium opera inter se comparavisse nos monent verba: *οἱ μὲν γὰρ πλείους ἐπὶ Μέδοντος, ἔνιοι δ' ἐπὶ Ἀκάστου φασὶ γενέσθαι ταύτην*). Intelligendi sunt Atthidum scriptores, quos saepius inter se dissensisse Strabo testatur).

Ad illos igitur spectant verba sequentia: *σημεῖον δ' ἐπιφέρουσιν, ὅτι οἱ ἐννέα ἄρχοντες ὀμνύουσι καθάπερ ἐπὶ Ἀκάστου τῆς πόλεως ἄρξειν κτέ.* ,ex quibus cognoscimus iam Atthidographos ex suae aetatis rebus ad pristinum tempus fecisse conclusionem. Aristoteles igitur non primus viam istam monstravit[3]), sed monstratam persecutus est. Ad eosdem scriptores referenda sunt etiam verba quae paulo infra legimus[4]): *ἱππάδα δὲ* (scil. *ἔδει τελεῖν*) *τοὺς τριακόσια ποιοῦντας. ὡς δ' ἔνιοί φασι τοὺς ἱπποτροφεῖν δυναμένους. σημεῖον δὲ*

---

[1]) p. 2, 8 K. W.

[2]) Strabo IX 392: *οἵ τε δὴ τὴν Ἀτθίδα (τὰς Ἀτθίδας?) συγγράψαντες πολλὰ διαφωνοῦντες κτέ.*

[3]) Ut Keilius voluit p. 169: *Er weist der Methode den Weg . . . Er lehrt aus bestehenden Verhältnissen mit historischer Methode gewesene Verhältnisse erschliessen.*

[4]) p. 7, 3 K. W.

φέρουσι τό τε ὄνομα τοῦ τέλους . . . καὶ τὰ ἀναθήματα τῶν ἀρχαίων, et quae supra[1]) cum duobus his locis comparavimus. In quibus inest prorsus eadem argumentandi ratio, ut omnia ab eodem auctore esse profecta conicias. Et si Atthidographos examinamus, in primis videtur Androtio dignus esse, ad quem haec referantur: nam eum priusquam ad opus conscribendum aggrederetur summa industria populiscita exscripsisse omniaque quibus uti posset perquisivisse ex eis consequitur quae supra vidimus.

Et si recte haec ad Androtionem referimus, colligitur eum saepius propriam secutum viam[2]) contra reliquorum Atthidographorum traditionem stetisse. Quibuscum consentit Plutarchus, qui in vita Sol. c. 15 aperte rettulit Androtionem eum fuisse, qui in Solonis constitutione, quam *σεισάχθειαν* vocant, interpretanda sententiam protulisse a plerisque (scil. Atthidographis) prorsus diversam. Quae cum ita sint, etiam illum locum quem supra[3]) in medio reliquimus ad Androtionem referamus; nam hic quoque quae „*ἔνιοι*“ tradiderunt opponuntur sententiae reliquorum Atthidographorum, qui ‚*δημοτικοί*‘ appellantur.

De reliquis rebus quae aut hoc aut sequente capite continentur coniecturae periculum subire non audemus. Hoc tantum tenemus Draconis constitutionem, quam cap. 4 legimus, esse genuinam: Aristoteles ipse in cap. 41 testatur se rem tractavisse et eum ea exposuisse quae legimus Keilius evicit[4]). Si auctorem quaeris quem Aristoteles secutus sit, Atthidographos tibi proponamus, quamquam non ignoramus quae Keilius[5]) ex contrario disputavit: Das Andenken an die Verfassung Drakons lebte dagegen nicht im Athen des 4. Jahrhunderts; auch die Atthiden hatten nichts über sie, wie unsere von den Atthiden grösstenteils abhängige Ueberlieferung mit ihrem Stillschweigen

[1]) supra p. 7 adn. 1.

[2]) Quod apparet ex elocutione ‚*ἔνιοι δέ*‘, cui opponitur ‚*οἱ μὲν γὰρ πλείους*‘. (p. 2, 8).

[3]) supra p. 21.

[4]) Keil l. l. p. 96 sq.; 98 adn. 1; 202.

[5]) Keil l. l. p. 202.

über diese Verfassung unumstösslich beweist. Sed nemo contendet omnia quae in Atthidum thesauris servabantur ad nos pervenisse. Immo ex silentio colligitur posteriores scriptores, quibus Atthidographorum cognitionem debemus, obsoletam illam constitutionem non curavisse.

Postremo loco ad sapientiae corona ornatum venimus Solonem, de quo in capp. 5—12 Aristoteles animi quodam favore egit. Quorum capitum novissimus censor Keilius cum etiam quam nos tractamus quaestionem accurate administraverit reliquit tantum munus faciendi spicilegium eorum quae aut addenda aut aliter percensenda videntur. In summa re enim fatemur nos cum viro docto consentire cum de ratione qua Aristotelem hanc libelli partem conscripsisse putandum sit, tum de auctoribus quibus modo usus modo oblocutus sit. Nos quoque opinamur philosophum ex diligenti Soloneae poesis studio omnia quae tradita exstabant aestimavisse, et crediderimus hanc indagandi viam ei iam Platonem magistrum ostendisse, qui memoriae Solonis sui a matre consanguinei studio et amore operam navavit [1]). Poemata igitur Solonis fidelissimum Aristoteles habuit fontem, quocum comparabat quae alii auctores tradebant; quod et perspicuum est et ipse significat verbis [2]): *ὅτι δὲ ταύτην ἔσχε τὴν ἐξουσίαν . . . καὶ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτὸς πολλαχοῦ μέμνηται καὶ οἱ ἄλλοι συνομολογοῦσι πάντες.* Hinc nata est viri admiratio qua nisus omnia refutavit quae morum aut consiliorum splendorem maculis aspergere videbantur. Atque in primis gravissimum illud opprobrium, quod Solo in credita pecunia condonanda abstinentiam non praestiterit, ex integra viri persona redarguere studuit (c. VI). Quam defensionem ex ipsius Aristotelis animo natam esse nemo negabit.

Alii alio modo Soloni succurrere studuerunt. Exstiterunt qui contenderent ipsum legislatorem iacturam quinque talen-

---

1) Insignis est poesis Soloneae aestimatio: *τά τε ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα καὶ κατὰ τὴν ποίησιν αὖ τῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον. κατὰ γ᾽ ἐμὴν δόξαν οὔτε Ἡσίοδος οὔτε Ὅμηρος οὔτε ἄλλος οὐδεὶς ποιητὴς εὐδοκιμώτερος ἐγένετο ἄν ποτ᾽ αὐτοῦ.* (Tim. 21 B).

2) p. 6, 4 K. W.

torum fecisse, quos secutus Polyzelus quidam Rhodius, ut aliquid proprii haberet, Solonem quindecim talenta amisisse commentus est. Quorum sententiae influxerunt in magnum Plutarchi receptaculum[1]), ubi prorsus negligitur Aristotelis iudicium, quod Plutarchus magni aestimare solet[2]). Unde quamquam rursus colligitur Plutarchum in Solonis vita conscribenda Aristotelis libello non esse usum, tamen quod Keilius suspicatus est hic quoque et Aristotelem et Plutarchum totam rei notitiam ex eadem sumpsisse Atthide, nobis non probatur, quia alterius narratio ab altero valde recedit. Aristoteles refert de re duas exstare sententias inter se diversas, quarum auctores accuratius designat: *οἱ δημοτικοί — οἱ βουλόμενοι βλασφημεῖν*; Plutarchus totam rem continua narratione contaminatam praebet et in ipsius Solonis aetatem transfert: narrat enim ita ut concludas aequales Solonis opprobrium illud protulisse et paulo post illius integritatem esse patefactam. Cognitum est opprobrium ipsum ortum esse a paucorum factione saeculo quinto exeunte, et Duemmlerus[3]) non sine veritatis specie Critiam fuisse auctorem statuit, virum et in rei publicae et in litterarum disciplina satis eruditum. Cuius de republica Atheniensium commentationem Aristotelem ante oculos habuisse pro certo habemus; nam ita bene intelliguntur elocutiones ‚*πειρῶνταί τινες διαβάλλειν*' et '*βουλόμενοι βλασφημεῖν*' et totius loci conformatio perspicitur: profectus est philosophus a Critiae libello[4]); quod si non in manibus habuisset, fortasse totam rem ne commemoravisset quidem. De Critia igitur consentimus cum Duemmlero; sed quod idem vir doctus de scriptoribus, qui ‚*οἱ δημοτικοί*' appellantur, enucleavit non eadem fide niti nobis videtur. Nos potius ut supra[5]) in hac elocutione latere Atthides vidimus,

---

[1]) Plut. Sol. c. 15.

[2]) Plut. Sol. 32: *ἀναγέγραπται δ' ὑπό τε ἄλλων ἀνδρῶν ἀξιολόγων καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.* Nic. 2: *ἔνεστιν οὖν περὶ Νικίου πρῶτον εἰπεῖν ὃ γέγραφεν Ἀριστοτέλης.*

[3]) Duemmler in Herm. vol. 27 p. 260 sqq

[4]) p. 5, 17 K. W.: *ἐν οἷς πειρῶνταί τινες διαβάλλειν αὐτόν.*

[5]) supra p. 51.

ita hic quoque easdem significatas esse ponemus, et id eo fidentius quod quae illos populares scriptores tradidisse Aristoteles refert optime Atthidum indoli convenire videntur et ita facile intelligitur, qui inde Plutarchi narratio nasci potuerit, quam ex Atthide fluxisse Keilio concedimus. Atthidis enim scriptor propria ratione Solonem opprobrio purgare studuit, ita quidem ut plenius narraret amicos non Solone consentiente quaestum sibi fecisse, ut Critias contenderat, sed invito Solone consiliis eius esse abusos; nam eum ipsum expertem fuisse fraudis eo probari, quod quinque talenta amisisset. Haec Hermippus continua narratione concoxit addens fortasse quae bonus ille Polyzelus commentus est et narrationem ita praeparatam tradidit Plutarcho. Aristoteles vero et Critiae libellum et Atthides percensens illius malignitatem perspexit ideoque harum narrationem probavit, quamquam defensioni Solonis fundamentum ponere maluit gravius: argumentatus est ex integro viri ingenio.

De his rebus nihil habuisse Androtionem opinari licet, quippe qui Solonem omnino non resolvisse aes alienum sed usuras tantum minuisse sibi persuaserit[1]). Quam sententiam et hic et cap. 10 refutavit Aristoteles. Sed de eis quae cap. 10 continentur accuratius disceptare nostrum non est: nuperrime in lucem prodiit Lehmanni commentatio[2]), ubi varias vias et rationes invenis collatas quas viri nummorum disciplinae periti inierunt. Ac de eis quoque quae Keilius enodavit[3]) iudicium retinere nos monent editores Batavi, qui non ,ἐπαύξησιν‘ sive ,αὔξησιν‘, sed ,κ̀στασιν‘ i. e. ,κατάστασιν‘ et ,μείω‘ pro ,μείζω‘ in imagine papyri phototypica se legisse contendunt[4]). Quod si probas, videtur Aristoteles in re enarranda Androtionem secutus esse, dissensisse tantum in re aestimanda.

[1]) Plut. Sol. 15.

[2]) Lehmann in Herm. 27 p. 530 sqq.

[3]) l. l. p. 163—173. Virum doctum in computando semel erravisse satis sit hic monere; computavit enim (p. 166) ita: 100 : 71, 5 = 60 : X = 43, 2!

[4]) cf. notam ad p. 18, 44 edit., quam paraverunt vv. cc. van Herwerden et van Leeuwen.

Similiter aliorum sententias saepius refutavit in reliquis, de quibus accurate Keilius disseruit. Ita in primis in verbis: τὸ γὰρ ἀρχαῖον κτέ.[1]), quia aliter in connexu sententiarum omnino non intelligi posse videntur, sententiam quandam refelli et eam quidem quam Isocrates in Areop. § 22 et in Panathenaico protulit idem vir doctus probavit[2]); quamquam etiam licet opinari Atthidographi narrationem, quam Isocrates secutus sit, reici et hic et in sequentibus: φυλαὶ δ' ἦσαν τέτταρες, καθάπερ πρότερον κτέ. Videntur enim Atthidum scriptores, ut Solonis gloriam augerent, tradidisse plerosque magistratus non institutos accepisse Solonem sed ipsum instituisse et in his etiam Areopagum. Contra haec spectant Aristotelis verba in eodem cap. 8: τὴν δὲ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν (scil. βουλὴν) ἔταξεν ἐπὶ τὸ νομοφυλακεῖν, ὥσπερ ὑπῆρχεν καὶ πρότερον κτέ. Nec non Atthidographi sententia est, quam affert Aristoteles verbis: οἴονται μὲν οὖν τινες ἐπίτηδες ἀσαφεῖς αὐτὸν ποιῆσαι τοὺς νόμους[3]) quibus affirmatur Solonem etiam in legibus ferendis ad populi commoda spectavisse[4]). Qua in sententia refutanda Stagirites utitur argumento ex philosophia petito[5]).

Denique etiam leges duas Solonis quae laudantur[6]) ex Atthide, fortasse Androtionis, Aristotelem sumpsisse contenderimus: nam Androtionem leges ad verbum tradidisse supra[7]) vidimus, et verba quae ibi exscripsimus prorsus eiusdem sunt generis atque ea quae p. 8,7 legimus: ‚τοὺς ναυκράρους εἰσπράττειν' καὶ ‚ἀναλίσκειν ἐκ τοῦ ναυκραρικοῦ ἀργυρίου'.

Ad extremum quaeramus, num Herodotea quoque quae de Solone exstant tradita Aristoteles inspexerit, si modo quaestione opus sit. Nam vero proximum est Stagiritem hic quoque adiisse ‚patrem historiae', quo eum ubicumque posset

[1]) p. 7, 26—28 K. W.

[2]) Keil l. l. p. 78—90.

[3]) p. 9, 7 K. W.

[4]) Haec Duemmlerus Herm. 27 p. 267 ad Critiae libellum rettulit.

[5]) Keil. l. l. p. 158 adn. 1 confert locos: Polit. 1282 b 4; 1287 b 17; 1286 a 24; Eth. 1137 b 27 sqq. Rhetor. 1374 a 28 sqq.

[6]) p. 7, 23 sqq. et 8, 7 sqq. K. W.

[7]) supra p. 40.

sua ratione usum esse sat multa nobis probaverunt exempla. Sed dubitanti etiam persuadebit narrationis tenor, quo de Solonis itinere apud utrumque refertur. Legimus Solonem legibus constitutis (Hdt. I, 29: *νόμους ποιήσας;* Arist. c. 11: *διατάξας τὴν πολιτείαν*) per decem annos peregre se Aegyptum contulisse (H: *ἀπεδήμησεν ἔτεα δέκα ἐς Αἴγυπτον* A.: *ἀποδημίαν ἐποιήσατο εἰς Αἴγυπτον δέκα ἐτῶν*). Easdem affert itineris causas Herodotus (*κατὰ θεωρίης πρόφασιν, ἵνα δὴ μήτινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο*) et Aristoteles (*βουλόμενος μήτε ταῦτα κινεῖν μήτε ἀπεχθάνεσθαι . . . κατὰ θεωρίαν*). Contra haec noli argumentari Stagiritem Solonis ad Croesum iter, ad quod Herodoti narratio inprimis spectat, ne tetigisse quidem. Condemnat philosophus illam fabellam silentio: nam si eum interrogare possemus, non dubitamus quin responsurus esset: *φανερῶς ληροῦσιν οἱ φάσκοντες τὸν Σόλωνα ἀποδημίαν ποιήσασθαι παρὰ Κροῖσον· οὐ γὰρ ἐνδέχεται ταῖς ἡλικίαις, ἐάν τις ἀναλογίζηται τὸν ἑκατέρου βίον.*

Profecta est commentatio nostra ab Herodoto, cum Herodoto finem capiat. Nam in altera libri Aristotelei parte examinanda consumamus curam posteriorem nunc satis habentes paucis complecti quae eruimus.

Aristoteles rem publicam Atheniensium describere sibi proposuit. Materiam scite divisit in duas partes, quarum altera rei publicae historia altera eius ipsius aetatis constitutio continetur. Atque in prima parte conscribenda munus obiit materiam deligendi ex alius generis operibus, qualia Herodotus Thucydides Xenophon Atthidographi praebebant. Inde quae consilio suo servirent deprompta dilucide disposuit proprio et certo usus consilio. In rerum enarratione auctores saepe ad verbum secutus ita versatus est, ut quae ipsi aut aliis erant satis nota breviter tantum tangeret, quae perperam pro veris habebantur aut minus recte erant administrata plene et accurate describeret.

Summam legem habuit historiae fidem, contra quam si quid peccare ei videbatur aut silentio praeteriit aut refutavit argumentis et ita in historia conscribenda, ut par est, historicum se praestitit. Si tamen raro accidit, ut fumum

pro luce venderet, hoc non viro dabimus vitio sed temporis conditioni, qua ille vixit.

Praeter auctores primarios data occasione respexit alia, ex quibus nonnulla comparent: carmina Solonis arcessivit nec neglexit sententias et iudicia, quae Critias Isocrates Plato alii protulerunt. Et res et sententias examinavit summa libertate: nullius addictus auctoritati contra omnes stetit, quibus utebatur, et ubicumque indicat, ipse iudicat.

Quam materiam diligenter collectam dispositam diiudicatam ipse quoque cogitando et concludendo amplificavit et ita libellum conscripsit, qui non indignus est, cui nomen Aristotelis ascribamus.

Sententiae controversae.

I. Hdt. I 91: *εἶπε τὰ εἶπε*, quod libri praebent, retinendum.

II. Si tibi ibid. V 63 *Κονιαῖον* displicet, *Κρανώνιον* propono (sec. Thucyd. II 22).

III. Lycurg. c. Leocr. p. 164 § 117 scripsit: *Ἵππαρχον γὰρ τὸν Χάρμου*.

IV. Plat. Apol. 32 B. legas velim: *ἐβουλεύεσθε* (libri: *ἐβούλεσθε*.)

V. Non recte Max C. P. Schmidt in *Wochenschr. f. kl. Phil.* 1893 p. 283 contendit voculam *ὥρα* in *Ἀθ. πολ.* p. 35,7 KW. et hic primo vim duodecimae diei partis habere

VI. *Ἀθ. πολ.* p. 40, 25 K.W. lege *ἐπέδωσαν*. (*πρότερον δὲ*) *πρέσβεις κτέ.*

VII. ibid. p. 8, 16 legendum propono: *τοῦ* (*ἐκτίν*)*εσθαι.*

VIII. Plut. sept. sap. coniv. p. 369, 17 (ed. Bernard.) lege cum libris *ἡμῶν*.

IX. Grammatici veteres perperam inter *γαυλός* et *γαῦλος* distingui voluerunt: repone ubicumque *γαυλός*.

X. Legem qua clausulas rhythmum versuum antecedentium continuare credunt Terentius non servavit.

XI. Ter. Phorm. v. 356 poeta consilio sententiam versus 354 repetiit.

XII. Saepius viri docti versibus transponendis Terentii textum corruperunt (velut Haut. prol. v. 4—14; ibid. v. 1018 sqq.).

Scriptor de vita sua.

Natus sum Martinus S. F. Heller a. d. VIII Kal. Jun. a. h. s. LXVIII Berolini, patre Francisco, matre Henrietta e gente Michaelis, quos etiamnunc superstites pio gratoque animo colo. Fidei addictus evangelicae puer septem annorum in gymnasium regium, quod patrocinio Guilelmi I regis conditum floret Kueblero summo antistite, receptus litterarum primordiis nec non doctrinis liberalibus instructus sum. Ibi cum aliqui munere docendi fungebantur tum vv. dd. Braumueller, Draheim, Rethwisch multa in me contulerunt beneficia. Autumno a. LXXXVII maturus renuntiatus studiis me dedi philologicis atque adii per sex menses academiam Marburgensem, ubi scholis me docuerunt vv. cc. Birt, Natorp, Ranke, L. Schmidt, Wissowa; reliquo tempore civis fui huius univeri sitatis, in qua docentes audivi vv. cc. Bellermann, Curtius, Diels, Dilthey, Ebbinghaus, Fabricius, Huebner, Kirchhoff, Lasson, Meyer, Paulsen, Roediger, Rothstein, E. Schmidt, Schroeder, Strack, Treitschke, Vahlen, Weinhold, Zeller.

Regii seminarii philologici quod moderantur Vahlenus et Kirchhoffius, viri mea laude maiores, per bis sex menses sodalis fui ordinarius; in germanico seminario exercitationibus interfui Weinholdii. Praeterea per biennium in titulis graecis interpretandis Kirchhoffium ducem secutus sum et societati philologicae ab ipso institutae Huebnerus permisit ut interessem. Denique ad exercitationes philologicas Rothstein, ad theotiscas Schroeder, Roediger, Meyer aditum mihi benigne praebuerunt.

Quibus viris omnibus gratias ago candidissimas. Praecipue vero Kirchhoffii et Vahleni, quorum doctrina et in scholis et in seminario frui mihi licuit, memoria numquam e gratissimo discedet animo.

Druck von G. Zahn & H. Baendel, Kirchhain N.-L.

